

Casa

Gab.

Est.

Tab.

N.°

B

3

26

PACIECIDOS  
LIBRI DVODECIM.

DECANTATUR CLARISSIMUS P. FRANCISCUS PACIENS, Lusitanus, Põrtulimensis, è Societate Iesu, Iapponia Prouincialis, eiusdẽ Ecclesiæ Gubernator, ibique viuis pro Christi fide lento igne concrematus.

Anno. 1626.

PARENTEM ASSOCIANT QVOT-  
quot ex eadem Societate in Iapponia pro  
Christo gloriose occubuerunt.

mo

S. PATRI VRBANO OCTAVO  
Iapponia. D. & C.

AUTHORE P. BARTHOLO-  
mao Pereira Societatis Iesu, Lusitano,  
Monsonensi, olim in Conimbriciensi  
Academia Primario  
Rhetorices Professore.

CONIMBRICAE  
Superiorũ permissu. Expenfis Emmanuelis  
de Carvalho Vniuersitatis Typographi

Anno. 1640.



Biblioteca da Universidade  
S. PAULO



Biblioteca da Universidade  
COIMBRA







IVDICIVM MAGISTRO-  
rum Societatis Iesu.

*P. M. ANDREÆ M A-  
deira in Eborensi Academia Rhe-  
torices Primarij, & in Conim-  
bricensi Philosophiæ Pro-  
fessoris.*

**P**ACIECVM legi per otium: Laudo primum  
omnium argumentum, graue, idoneum, il-  
lustre, & in quo antiquos longe superat, pi-  
um: Quod in summa laude pono, nullum omni-  
no in carmen incidet, quod bene tornatum non  
sit, nihil inane, nihil exangue: habent omnia  
neruos, ossa, sanguinem. Itaque Musæ si latine  
loquerentur, non alio vtèrentur sermone, quas ab  
Aonio deductas vertice ad Limam videmus, & ita  
totas in hoc opere fuisse, vt nihil censoria, sed di-  
uina, quod aiunt, virgula dignum sit. Neque, sic  
opinor, aureo planè libello tam a critico, quam a  
prædatorio vngue timendam est: non sic illi ti-  
menda nota, quam rapina. Tandem illi Maro eri-  
puit ne esset primus, Maroni, ille eripuit ne esset  
solus: Typis mandetur, venturis olim vatibus ar-  
chetypus. Conimbricæ, Idibus Martijs. Anno Domi-  
ni. 1639.

*Andreas M adeyra.*

P. M. PETRI PEIXOTO  
in Conimbricensi Academia  
Rhetorices Primarij, & Phi  
losophiæ Professoris.

**E**PICVM est, cuius tibi gustum præbeo, Lec-  
tor, Poema: ni mauiis præiudicium. Re, argu-  
mento, opere Heroicum: dispositum rectè,  
variatur gratè. Omnia ex lege: nihil contra legè,  
supra legè multa. Stat cū historia iusta fictio: hac illa  
animata poetica viuit in tabula, parergon nec di-  
sides episodia. Fluunt numeri vena diuite, sty-  
lo facili, eo tenore versuum, vt si ij Thessala reci-  
tentur voce excantare sydera, ac deducere lunam  
possint. Quos quiuis legat, speret idem. sudet mul-  
tum, ausus idem. Dicam quo Author digito cælū  
atingat: Imitator Maronis videri voluit, obtinuit.  
Prodeat, neque aut Momi san nam, aut Cruzcæ  
Crisim me iudice formidet. Busti ignes sensit ille,  
qui passus: lucem in Poemate nos videmus: nec  
ille, optior, non videt, & triumphat. Non sibi ca-  
nit A spendius: sed deuicto Appollini & Musis:  
Frudere illo amice, quisquis es, lector, ac scias  
fore vt, sic legas vt eruditos in Aristotele oculos ha-  
beas. Illud recipio, futurū studiosis vtilitati, curiosis  
oblectamēto, doctis admirationi, Aristarchis cru-  
ci, Zoilis tormento. Conimbricæ. 10. Augusti An-  
no. 1634.

*Petrus Peixoto*



*P. M. ANTONII LEITE*  
*in Academia Ulyssiponenſi Rhe-*  
*torices Primarij, & in Ebo-*  
*renſi Philoſophia, ac Theo-*  
*logia Profeſſoris.*

**M**ONUMENTVM hoc ære perennius ſerio  
inſpexi. Neſcio quid humano manu in Pa-  
cieide adoravi. Omnia plane egregij Poe-  
tæ commendant immortalitate dignum ingeni-  
um, ſingularum artium, quaſi vnus tantum, fa-  
cundum: ſic enim ille Humanitatem, ſic Rhet-  
oricam, ſic Philoſophiam, ſic Theologiam docuit,  
ſic modo diuinam ſcripturâ ſacer interpres proſi-  
tetur, vt quælibet ſibi omnes curas ſurripuiſſe, alijs  
nullam reliquiſſe videatur. Triumphat Paciecus  
cognata hedera ſerpente inter viſtrices fortitudi-  
nis lauros. Triumphat Societas Ieſu, dum res à ſu-  
is ad Europam, ad Africam, ad Aſiam præclare  
geſtas æternari videt. Quare monumentum hoc, non  
prælo tantum, ſed cedro, imo & cælo digniſi-  
mum iudico. Conimbricæ, in Collegio Societa-  
tis Ieſu, Kalendis Martijs. Anno Domini. 1636.

*Antonius Leite.*



FACULTAS. R. P. PRO  
uincialis Societatis Iesu.

**E**GO Simon Aluares Societatis Iesu, in Pro-  
uincia Lusitana Prouincialis potestate ad  
hoc mihi facta, a Reuerendo admodum. P.  
Mutio Vitellesco Præposito nostro Generali, facul-  
tatem concedo, vt Paciecidos libri duodecim a P.  
Bartholomæo Pereira nostræ Societatis, & in Co-  
nimbricensi Academia Rhetorices Professore cõ-  
positi; eiusdemque Societatis Patrum iudicio ap-  
probati, typis mandentur. Vlyssipone. kalendis A-  
gust. 1640.

*Simon Aluerz.*

---

CENSURA EORVM A  
quibus supremæ Inquisitionis  
iussu hoc opus explo-  
ratum est.

R. P. D.

R. P. D. Fr. PHILIPPI MOREIRA  
in Conimbricensi Academia scriptura Sacra  
Professoris dignissimi, & in causis fidei  
Censoris integerrimi.

**D**E MANDATO Supremi Concilij Sãctæ Inquisitionis legi librum hunc, cui præfigitur titulus Paciecidos, authore R. P. Bartholomæo Pereira Societatis Iesu. Et plane dũ iudicium profero malle panegeristẽ, quam censorem agere. Adeo me cepit dulcedo, & pulchritudo poematis, quod Gratia ipsa inhabitant, pariter cum Musis. At quem non capiet pulcherrima pangendi, seu pingendi venustas: tot figuræ, tot lumina, & ornãmẽta, atq. perpetua illa structura & sãper variõ, & sãper sui similis? Certe de Authore proferre lubet, quod de Latina Sirene prodidit Scaliger. lib. 5. Poet. *Splendent gemma in eius carmine, componit mellisa, & nectarea, addit tot venustates, quot verba, coniungit verborum splendorem cum amantissima varietate:* addo (quod raram, & difficile est) severam fidei veritatem cum libera potestate fingendi, idque amico fãdere pietatis. Hinc in toto opere nulla apparet nebula, quæ aut puritati fidei, aut integritati morum tenebras offundat: Imõ plures sunt ignes, qui ad vtramque inflãmẽnt. S. C. In collegio Conimbricẽsi Deiparæ de Gratia. 26. Februarij. 1639

Fr. Philippus Moreira.

R. P. FRATRIS ANTONII  
a Plagis, Magistri Emeriti,  
& in causis fidei Censoris  
integerrimi.

**S**VPREMI Sanctæ Inquisitionis senatus ius  
sui obtemperans, poësim istam, Paciecidos  
nuncupatam, liorantæ mentis trutina, pon-  
deravi. Author est. P. Bartholomæus Pereira Societate Iesu, vir quidem eruditionis notæ, opus  
perpolitum, armonicum, castigatum, cultissimi  
denique ingenij, factus egregius, ita vt lydio, vt  
aiunt, lapide examinatum, nihil non compositū,  
non illustre, non æternæ posteritati retineat cõ-  
mendandum. Inclyti Pacici nomen, non fabu-  
losi Pindi, vel Aganippes aqua, non ficti Castalij  
læca, aut somniantis Parnassi nemore, sed Catho-  
lici poetæ, & celeberrimi Rhetorici, sublimis styli  
Musæo, ad sublimioris Palladis aras, decantatur,  
tãtum abest, vt orthodoxæ fidei, bonisue moribus  
disonum, pertractet aliquid. Prodeat igitur inlu-  
cem insignis poeta, haud Ethnicis aliorū licen-  
tijs, sed Christiano penicillo, suorum facinora,  
mitissime depingens; dum enim ita compta simul,  
ac Catholice concinit, (vt Ouidianis versibus v-  
tar libro. 4. de ponto)

*Carmine sive vinax virgus, expresq. sepulchri  
Net itiam sera posteritatis habet.*

Sic censeo, sic consulo in hoc Vlystiponensi se-  
aphici. P. Francisci Conuentu. 21. Martij. 1639.

*Fr. Antonius a Plagis*

FACULTAS SUPREMI CONCI-

lij Sanctæ Inquisitionis.

**V**ISIS informationibus typis mandari potest  
Paciçidos liber. Vlyssipone. 29. Martij.  
Anno. 1639.

*Petrus da Sylua. Franciscus Cardo-*

*so do Torneo. Iacobus Osorio de Castro.*

*Sebastianus Cesar de Meneses. D. Lu-*

*donicus de Mello, Decanus Bracharensis,*

*Primas.*

FACULTAS ORDINARII.

**I**N lucem exire potest Liber Paciçidos Conim-  
bricæ. 21. Iunij, 1640.

*Benedictus de Almeida.*

Mens clarissimi yatis Didaci de Paima de Andrade,  
qui regis mandato opus recognouit.

**N**ihil inueni, quod Maiestatis vestræ obse-  
quio inficietur. Vlyssipone. 28. Iunij 1638.

*Didacus de Paima de Andrade.*

FACULTAS REGII SENATVS.

**P**RAELO dari potest hic Paciçidos Liber. Vlyf-  
sipone. 7. Iulij 1639.

*Ioannes Saches de Baena, Balthasar Fialho.*

Taxado namefa do Paço a

reis empapel.



VATES LECTORI SVO  
S. P. D.

**C**VM alias sciētias, quò minus scimus, eò plus  
veneremur, nescio quo fato hoc vni poeti-  
cæ non contingit; sunt enim, amice lector,  
non pauci de imperito grege, qui principem artē,  
cum assequi nequeant, iuvenilem dicunt, & mi-  
nus grauem; in hoc tamen illi palma; cum vel sic  
inuiti fateantur, diuinam adeo esse, vt cum nes-  
cire illam erubescant, id, quod ingenij culpa non  
possunt, prætextu dissimulent despicientiæ. Hoc  
amuisi asylum vt intercludam, non prouoco ad pro-  
fanos vates, quos Tullius cum Ennio appellat sã-  
ctos; non sacrorum poetarum cum Bellarmino Car-  
dinale recludo fontes; satis enim duco centum, &  
vltia fuisse Patres, eosque inter, cum Damaso, cū  
Paulino, & Nazianeno Gregorio, iustis quidem poe-  
tis, Tertullianum, Ambrosiumque, & Augustinum,  
qui ad vnũ õnes diuinæ scripturæ altiora rimãtes,  
in sacrã poesim suos nõ deprimi, sed extolli cala-  
mos iudicãrunt. Ime & si õnes deesset, satis profecto  
*vnus Vrbanus Pontificis termaximi, Va-  
risque clarissimi vel ipsa umbra nominis  
sacra poemata regerentur.* Abi nunc longæue  
Nestor, & hos ride iuuenes, abi Cato grauissime, &  
leuibus his fastum vende, & supercilium. Vnde tam  
procul absura ab erubescencia, vt potius ab auda-  
cia, & superbia iure mihi esset timendum, si me  
sacris vatibus insererem, ea non impellente cau-  
sas

*Tullius  
pro Ar-  
chia.*

*Bellar-  
minus  
de scrip-  
toribus  
Ecclesi-  
asticis.*



## LECTORI

sa, quæ Societati vniuersæ cum sit communis, cō  
sobrini mei Pacieci necessitudine propior mihi sit,  
& singularis. Hanc Cerbero, si quis erit, damus  
offam; nunc ad poesim.

Marone cantamus Chorididascolo, & adhuc  
amice lector poesie mea aures non solum tuas, sed  
vngues timet; dabis tamen veniam, serius si attē  
das, voces non paucas egregie barbaras carminā  
esse inferendas, tussim quod affert Musis, & rau-  
cas facit; si tandem consideres, opus fuisse mihi  
Iapponum res, vt pote remotissimas, explicare a-  
deo, vt carmen aliquando reperere videatur ijs, quī  
versum cum ad digitos vix sciant reducere, fumos  
tamen venditant Statianos, Lucanique sternu-  
tiones sibi putant esse stipendiarias. In reliquis  
historiæ dispositionem, varietatem fictionum, sty-  
li æquitatem, eruditionem cum perspicuitate mis-  
tam, sunt, qui promittant, vel Zoilus ipse com-  
mendet. Meum habes de libello iudicium; tuum e-  
go ausculto latens post tabulam: legendum tamē  
ea lege moneo, Bibliopolis veniam vt des plutimā  
poeticque sis memor priuilegij, & immunitatum,  
quas Parnassi cultoribus Apollo dedit, ne malo ti-  
bi cēsori iratus dicā, quod Alexandro in officinā re-  
quēter vētitāti, & imperitē arguēti Apelles dixit.  
*Tace mi rex, ridens; pueri, qui colores ferunt.*

Plini-  
us. lib.  
35. c.  
10.

Vale

# PRÆPONITUR PACIECI

*vita vniuersa poesi*

*facularia.*



ON solet in narratione epica rerum series more historico decantari, sed ita interrupta, vt sibi per mille à fractus occurrat, & sæpius venustate quadam obuiam exeat; quod per se magnum, ac pulchrum cum sit, in causa tamen est, vt historicus ordo legenti non pateat, multa que iudicentur obscura, quæ si narrationis ordo teneretur, luce meridiana essent clariora. Solet deinde in poesi nuda historix veritas lacinosissis fictionibus ita circumnectiri, vt quæ sint vera, & quæ fabulosa vix possint discerni. Hinc ego operi vt nestro consulere, Pacieci vitam præmittendam censei, quæ tum rerum, ac temporum ordinem seruando, poesi lucem daret, tum etiam cum in re sacra non liceat ementiri, legentem doceret, quidquid hic non inueniret, poese ornamentum esse, & chlamydis lacinias commentariæ.

Lucem hausit Paciecus in foro Limicorum, quod modo Pôtém Limium nostrates vocant. Patreres habuit Graciam Lopesium Paciecam, & Mariam Borgeam a Meiquitta, proauorum nobilitate satis commendatos. Inter puerilia crepundia pietatem  
ita

# V I T A

ita soluit, vt decimo ætatis anno se Martyrem futurum Deo vouerit; decimum secundum vix excefferat, cum ipsum eius auunculus Ioannes Pererius a Mesquitta matris e gremio abstractum Vlyssiponem abduxit; ibi in Diui Antonij Collegio humaniores litteras addiscenti de Societate Iesu ingredienda animum incessit cogitatio. Communi igitur suffragio admissus, & Conimbricam profectus, pridie calendas Ianuarij anni. 1585. Societati nomen dedit. Egregium sub Vasco Piresio, celeberrimo ea tempestate Magistro, tyrocinium posuit, exactoque biennio, ac votis rite nuncupatis, rhetorisæ, & philosophiæ non vulgari studio insudauit.

Interea inter Graciam patrem, & Paulum Pererium a Mesquitta eiusdem Francisci auunculum lites intercedunt inimicitie, quæ tamen Paulo, ac si grauissimæ forent, magnosteterunt; Cùm enim Pænus, eius mancipium, Graciam per summam fraudem interfecisset, suspicio, quamuis falsa, coniecturam fecit, hoc scelus a Paulo fabricatum esse, eiusdemque imperio perpetratum. Hinc graues Mariæ exorti questus, fratrem suam de eade coniugis accusantis apud regem, atque urbem Portum, & iudices in ea comorantes in lecta, & veste lugubri ad vindictam cum pupillorum grege concitantis; Hos motus, ac germanam iniuria incensam aduentu suo Ioannes Pererius a Mesquitta sedauit, sedataque tempestate facile patuit, illius cordis Paulum in fontem esse, & tam infandi sceleris solum Pænum fuisse authorem. Orphanum



## PACIECI

orphani deinde auunculi Ioannis excepti in tutelam, mares in Indiam profecti sūt, famingē apud nobiles viros in matrimonium collocatę.

Hęc cum ad Conimbricam peruenissent, Pacie cum nequaquam interturbarent, cum enim per id tempus, schola feriente, ad Diui Iacobi peregrinaretur, Pontem Limium ingressus, & stipem ostentim emēdicans ad viduę matris ostium peruenit, Cumque illa antiqua Francisci sui specie animo perstricta, suus ne esset filius rogasset? Franciscus sermonem aliō diuertens, eique bene precatus ab ostio continuō discessit; eodem prorsus modo alias percurrit propinquorum domos, ac tandem ignotus oppido est egressus, vt in Francisco suo Lusitania videret, quod in Alexio Italia demiratur.

E Compostella Conimbricam reuersus proclinare in Indiam cępit, illamque expeditionem et precibus, & lachrymis postulare. Bona igitur cum maiorum venia anno. 1592. ab Vlyssipone in Indiam velificans, non sine belli, & maris tempestate maxima, Goam tenuit. Ibi audita primū Theologia, literas humaniores docet, concione populos adhortatur, profuitque non parum Lusitanis militibus, quorum se contubernijs commiscebat, a fratribus suis arrepta occasione, qui apud regiones illas primos militię gradus obtinebāt.

Ab India in Iapponiam, cuius cupiditate aestuabat, nauigationem instituit; aduersa tamen ventorum vi delatus in Sinas, in vrbe Machao per annos aliquot in concionibus fuit, & Theologia e docenda

edocenda summa cum laude versatus. Inde Iaponiam ingressus, cum in regione illa amplissima sibi spatium animo videretur, pedes ociari nequaquam passus est, per illa enim sexaginta sex regna, quæ Iapponico imperio continentur, indefessæ excursionem Evangelicam præco brevissime intenuit. Interim ad regna Cami ultimis Iaponiæ finibus adiacentia nauigabat, cum repente exorta tempestate, nauis naufragio submersa, parum absuit, quin periret, seruatū tamen a Deo est, ereptumque vndis grande illud caput, quod flammis iam antea destinatum erat. A Cami populis ad Machaum mittitur, collegij acturus Rectorem; quo munere egregie perfunctus, in Iaponiam reuertitur, & Cerquerio Antistiti comes additur; secessus enim senio Episcopus Societatis Superiores enixè rogauit, vt sibi Paciecum, cuius ille virtuti, ac sapientie plurimum fidebat, contubernalem daret, vt Ecclesiæ gubernandæ cum eo partiret curas, & domesticæ familiæ sollicitudinem releuaret.

Admisso in partem curarum Pacieco, non solum Episcopus respirauit, sed etiam Iapponensis Ecclesiæ per duos ferme annos plurimum conualuit. Inuidit malus Dæmon, nec Christianorū felicitatem diū durare passus est; cum enim miserum quendam diuexaret, se iam satis ruinæ, stragisque abunde apud Angliam edidisse affirmabat, nunc sibi vires omnes, & machinationes in Iaponiam esse conuertendas, vt fidem Christianam ab ea funditus extirparet. Eodem sermè tempore



## PACIECI.

tempore iuxta Nangasacum, nec non Obama  
 & in Ceri finibus cum rustici ad pyram constru-  
 dam arborum truncos diffunderent, intra ligna cru-  
 ces plurimæ adiuuim expressæ apparuerunt: Hæc  
 prodigia subsequuta est imperatoris Cubosamæ  
 in Christianos inopinata sanities, eoque in-  
 dies tyranni tempestas incieuit, ut eueris, incē-  
 sisque religiosorum cænobis, ac Christianorum  
 templis, & ferro, & igne in Christianos a fide ut  
 deciderent, sauum sit. Edicto deinde iussum, ut  
 religiosi omnes, & quotquot in Iapponia Sacer-  
 dotes essent, omni cum Lyso, & Hispano aduena  
 exulatum irent: quod si in Iapponiam ad Christi  
 legem suscitandam iterum redirent, certo scirent,  
 viuos se fore comburendos, eumque, qui eos do-  
 mi exciperet, eadem pœna cum coniuge, liberis,  
 ac principijs afficiendum esse.

De his Episcopus Cerquerius certior factus, ve-  
 cato in cōsiliū Pacieco, legatos mittit, qui Im-  
 peratorem tūm donis, tūm precibus, & lachrymis  
 emollirent. Illo tamen in sententia persistente,  
 sexto calendas Nouembris anni. 1614. omnes v-  
 niuersa ex Iapponia Nangasacum urbem exulescō-  
 uenerunt, quamprimū in exilia nauigaturi; E-  
 moritur interea antistes, patresq; Societatis e Nā-  
 gasacuo ad Facundæ oppidum, ut ab eo portam  
 Sinas velificent, iter faciunt. Non tamen Facun-  
 dam integri peruenerunt. medio namque in iti-  
 nere tanto mærori impar egit animam Pater Is-  
 gobus a Mesquiteta, dolorem enim ultra ferre nō  
 potuit

potuit senex ille pijsſimus, ſatiusque ſibi mori duxit, quam ſuperſſe ea Eccleſia pereunte, cuius ille ab incunabilis fuerat nutricius. Cum præſertim expeditionē celeberrimam meminifſet, qua principes iuuenes, lapponenſis fidei primitias cum muneribus, & legatione regia Romam duxit. Acerbum præter alios mærorem ex hoc ſunere Paciecus accepit, cum Meſquittam auunculum ſuum, quem vnice diligebat, piſcatorio in tugurio, omnique humana ope deſtitutum emori videret; ei tamen cum, pro tempore, ritè parentaſſet, cum reliquis nauigauit ad Sinas, tandēque in Machalum delati in ſocietatis Collegio perhumaniter excepti ſunt. Nullæ ibi cum dolore induciæ, non datum afflicte Lapponiæ obliuiſci, donec mutato habitu, alij militari ſago, alij mercatorio more, multi nautico in eandem lapponiam reuertuntur. Alios inter nobilis mercator redijt Paciecus, ac per annos aliquot rem Chriſtianam in tranſuerſu actam plurimum iuuit, quod quidem tanto labore ſuo effecit, vt non ſolum veſtes, ac locos, ne agnoſceretur, identidem mutaret, atque in vrbe Sacai inter domorum tabulata anguſtiſſimo in angulo annum integrum deliteſceret, verum mutato etiam nomine Ignatius à Cruce appellaretur.

Non multis ab hinc annis cum illorum, qui tunc de Societate in lapponia latitabant, Prouincialis crearetur, Epifcopi etiam vicibus fungi coactus eſt; quippe cum Iacobus Valentius Epifcopi Ceterij ſucceſſor ad Epifcopatum ſuum reſtatata ſe-

pius

## PACIECI

pius via penetrare non posset. Ecclesie cum omni potestate administrationem in Paciecum transserre diligentissime curauit.

Vtrumque manus obeunti Pacieco certa sedes eligenda fuit, quo ad eum consulendum & religiosi, & Christiani conuenirent, causasque ipse audiret, ac praeceperet quid in dubijs esset faciendum. Ad haec aptius praeter omnibus visum est oppidum Cusinocæum in regno Tacaci, cuius Tonus eam suam erga Christianos pietatem in ipsis inuestigandis, ac puniendis aliquantulum continebat. Quatuor hic ultra annos latebat Provincialis, seque diutius occultare posset, nisi a Chusamono apostata ea hostibus per fraudem proderetur.

A regno Tacaci apud Imperatorem de suis acturus rebus discesserat Tonus, sui que loco tres regno gubernatores substituerat; quorum maximus, Mondus nomine, Christianis erat infestissimus; magni duxit oblatam occasionem apostata Chusamonus, ut sibi Mondum gratiam venaretur. Ad illum ergo Ximabaræ commorantem contendit, seque illi spondet Paciecum traditurum, si velit secum, & armato milite Cusinocæum usque navigare. Mondus delatorem lætus excepit, duosque alios gubernatores quam primum adiit, cumque eis, ac trecentis armatis triplici in nauis ad comprehendendum Paciecum Cusinocæum oppidum inuestus est. Eo igitur ibi capto, tanta erat Mondum rabies, ut ni alij ictus auerterent, ipsum gladio percuteret. Non latuit gubernatores paucissimos eo in oppido



oppido réperiri, qui Christi non boni, ac fidei eli-  
 entes essent, vt alios ergo a fide detererent, tres,  
 qui religione cæteros præstabant, decollari iubêt,  
 & truncos in mare ægi præcipites: Paciecum vero  
 cum socio, Gaspare Sadamathæo eiusdem Societa-  
 tis fratre, Petro Rinæo Doiuco, & Christianis nõ  
 paucis Ximabaram perducunt. Ibi reliquis publi-  
 co carceri deditis, Paciecus in vrbis arce maxima  
 cum Gaspare, & Rinæo asseruatur. Eadem nocte  
 comprehenditur Ximabaræ, atque in eandem ar-  
 cem coniectus est Pater Ioannes Baptista eorum  
 rector, qui de Societate in regni Tacaci latebris  
 versabantur.

Longissimi operis esset, si narratione vellem  
 comprehendere, quos ibi labores, & quanta eos  
 animi tolerantia sint perpeffi; quas deinde artes  
 se ipsos excrucianti inuenerunt, quo denique  
 exemplo Rinæum ad Societatem ingrediendâ,  
 & ferinos eustodum animos ad Christi fidem am-  
 plectendam conuerterunt. Neque hoc absque nu-  
 minis beneficio, & delicijs, ex nigra enim & vili  
 oryza quæ a custodibus Pacieco ponebatur, si quid  
 superera telectum quidem, & apprime candidû ap-  
 parebat. Perfregit eorum fama arcis parietes, nec  
 se intra potuit continere; eumque ad publicû car-  
 cerem peruassisset, trium Christianorum pectora  
 animium commouit; comperio enim Vincentiû  
 Cadnum, Quisacum Ioannem, & Paulum Xin-  
 squium non tormentis contentos, ac pænis, quas  
 subierant, & vinculis, quibus pro Christi nomine  
 astricti

## PACIECI

astricti erant, enixè a Pacieco postulasse in Societatem Iesu admitti, vt vnâ cum eo gloriose pro Christo obeuntès triũpharent. admisit ille, nimirum gaudens Societatem suam, amputatæ arboris instar in medijs virescere calamitatibus.

Hæc inter Midsunus Cauachius Nãgasaqui præfectus Tacaci Gubernatores moner, vt si quos in vinculis haberent religiosos viros, aut euangelij prædicatores, eos ad se quã primum mitteret, sibi enim ad eos morte afficiendos a Xagano factam esse potestatem. Obtemperant Gubernatores, & Paciecum, ac Baptistam Iesticeis inclusos, Sadamathæum vero & Rinxæum cum tribus alijs e carcere publico euocatis, clitelis impositos multo cum milite, & armis ad Nangasaquum deferri iubent. Medio in itinere apud Phimum a pauperculo agricola qui forte Christianus erat, domo excepti, ab eodemque, quin barbari satellites animaduertent, tum verbis, tum dapibus agrestibus recreantur; Hinc viam instaurant, iter facientibus Christianus arator venit obuiam, canistrum afferens rusticis opibus satis, vt in pauperie, opulentum. Appropinquabant vrbi, cum P. Balthasarem de Torresse expectantem vident, quem e carcere Omuræ ob eandem causam cum socio Michael e eiusdem Societatis fratre ad capitale supplicium Midsunus accierat. Hic mutuis vltro, citroque sermonibus recreati, urbem ingrediuntur, eosque Præfectus cum magistratibus, omnique satellitio ad supplicij locum perducit.

Deucne.



Deuenere tandem ad montem, quem gentes  
 illæ sanctum, appellant, utpote tot martyrum  
 rogis, & Sanguine consecratum hic tredecim co-  
 lumnæ intra metuendâ sepem visebantur, è quibus  
 extantes inter alias, quattuor iacebant; toti-  
 dem enim Europæi, qui eis alligati mortem pro  
 Christo erant subituri, eod die turpiter abiecta fide,  
 ad paganorum dogmata, vitæ ut consulerent, trā-  
 sierunt; horum vecordiam nostrorum compensa-  
 uit constantia; In theatrum enim illud Romanor  
 æmulum Amphitheatro, priusquam descenderet,  
 Provinciali suo, officijs urbanissime certantes,  
 obtulerunt aditum primum, quem ille honorem  
 lætus excepit, egregius, scilicet ductor, qui mili-  
 tibus suis ad bellum non ite, sed venite dicere cō-  
 sueuerat; sequuntur omnes, & Circum, verè Maxi-  
 mum, ingressi, in genua prouolati, orationi va-  
 cant, alligantur columnis, incensa que circumqua-  
 que lignorum strue, & corporibus lente cōcrema-  
 tis, dulcia inter colloquia illustres ad cælū animæ  
 cōcularūt. His nō exfaturata est tyrāni rabies, cū  
 que in Christi milites desuare ultra non posset,  
 in nos etiam voluit esse crudelis; Cineres enim in  
 mare iussit dispergi, ne vllis eorum Exuvijs dita-  
 remur.

Hac via ad superos com parente Pacieco iere  
 patres Balthasar de Torres, & Ioannes Baptista;  
 hac fratres Gaspar Sadamathæus, Vincentius Cau-  
 nus, Petrus Rinæus, Paulus Xinsuquius, Michael

# PACIECI

Toijus, & Quisacus Ioannes conscendere. Hæc de Pacieco meo prælibasse satis ad integram poeseos cognitionem. Pro fide gloriose obiit. anno Domini. 1626. Vndecimo kalendas Iulij. ætatis suæ anno Sexagesimo.

De Pacieco honorifice scribitur in compendio Clarissimi. P. Balthasaris de Torres, nec non in vita inuictissimi Marcelli, quam piam æque, peritum, ac fecundum. P. Eusebij ingenium nuper excudit. De eodem meminit maius huius temporis luminare, D. Rodericus a Cunha, Hispaniarum Primas, parte secunda Bracharensis historię, capite quinto supra centessimum.



## PACIECIDOS.

## LIBRI DVODECIM.

## LIBRI PRIMI ARGVMENTVM

*E Iapponum finibus eiectus, in Sinas reliquis cum socijs navigat Paciecus: Appellit Machaum, ubi à societatis suæ patribus begnine exceptus, deq; inopinato illo aduentu interrogatus, Iapponensis Ecclesiæ calamitatem exponit: audiunt Sinenses, solanturq; exules & conuiuio reficiunt.*

## LIBER PRIMVS.



**L**IMIADEM inuictum flammis, lætèq; per undas  
 Regnâtem oceani, & palmam super astra ferentem  
 Nō vatum vox vlla sequi, non spiritus audet

*Propo-  
 sitione  
 tercia:*

Mortalis, Musæq; sacro de vertice lauros  
 Deripiunt, odere artem, Phæbumque minorem  
 Huic operi, Delphosq; inopes in pleetra fatetur.  
 Ipsa sibi officium ingentia facta: Pæceus  
 Ipse animos, vatumq; ausus, & carmina frænat.  
 Sed mihi tantarum metuenti exordia rerum,  
 Vt famæ, vtiq; omnem desueto in puluere credâ

*Iacturam*



# PACIECIDOS

Iacturam calami facilem, rapit alta morantem  
 Causa animū, refugāq. manū: nos sāguinis idem  
 Signat auus; iubet ille decus memorate suorum,  
 Magnum opus immodico quāuis temerarius ausu

*innoca  
 tio.*

Attenuem, atque oneri fessus succumbat Apollo,  
 Ergo iterū hos animos, & iā despecta Camænis  
 Pectora Diue Amor in cantus accende, canorā  
 Sirenem in spira citharæ, daq; Orphea nostris  
 Vocalem fidibus: tua sunt incendia, & vndæ,  
 Quas celebros, tua crudelis sunt crimina, Eos  
 Nunquam Indos, Sinasq. vltra, totq; alta volaret  
 AEquora Franciscus, melior ni Dædalus alas  
 Sufficeret, auramq; dares, pennasq; moueres;  
 Teq; etiam mortis causamq; reumq; fuisse  
 Quis nescit? prius ille tuam ni pectore flāmam  
 Conciperet, non igne rogos cōscēderet, altos,  
 Non busto arderet, nunquam Iapponicus illum  
 In flāmas, cineresq; actum Vulcanus haberet.

*Ponti  
 fici ma  
 ximo  
 Dica  
 tio.*

At tu, quo primū iactat se terra parente,  
 Romāq; Olympiæ iā nūc minus inuadet arci,  
 Huc ades o Vibane? tuas reuolutus ad aras,  
 Amplexusq; pedes, & res, & fata suorum,  
 Atq; rogos, Vatemq; sacrat, nec munera magnis  
 Sufficiūt votis, totus cadit hostia Iappon.  
 Et tibi quos superum signasti Rector honore  
 Gratatur, Lysioq; duci, Socijsq; beatum  
 Puluinar, meritasq; aras, & thura repolcit.  
 Tu quoq; ab Aonio faciles qui vertice Musas  
 Ducis in Hetruscos, pauitanti, & adire timenti  
 Da veniam, dubiumq; libens opus excipe vultu,  
 Vultu, quo cælum, quoq; indignantia placas

Numina



Numina, & iratos reuocās in fœdera regēs.

Iapponum eiecti regnis, & litore pulsi

lesuada, bello effractâ, lôgoq; vœterno,

Atq; maris consumptam vndis subiere carinam,

Vos sinæ, vestra sq; domos, certumq; potentes

Exilij columen, fideiq; ræntis asylum.

Iamq; dies, noctesq; feris typhonibus actas,

Atq; hyemem ingentem passi, super æquora pinû

Errabant, fessis tandem tær septima primos

Cum montes, terrasq; alta de puppe iacentes

Lux aperit; sinæ in clamant, sinæ arua tenemus;

En turres cælo clatæ, præcul ecce Machaû

Tectâ micant, angusta præcul delubra patefêunt;

Inde nouo terræ aspectu meminere relictos

Tot populos, subijtq; animos Iapponia, mæstis

Tâtû oculis distâs, quâtû est iam proxima flâmîs.

Ergo omnes luctum ingeminât, fractiq; dolore

Præscidût funes, atq; vultis lintea malis

Disturbant, nudantq; ræm, nec mirice tincta

Signa, volant suspensa notis, non cornua cantus

A Erca, nou solitos tormenta explosa fragores

Vulcano instigante dabânt: non deniq; plausus

Ille hominum, pelagiq; sonat, quo nautica portû

Turbâ salutato festiua ascendit in vrbes;

Cuncta silent, luctuq; iacent demersa profundo.

Vix nauem aspectu miseram de litore cernût,

Cû nquæ res animos, totumq; ab sede Machaû

Excipit, pueri accurrunt, iuuenesq; senesq;

Affixi baculo veniunt, huc vulgus, & omnes

Huc proceres, properatq; frequens è sedibus altis

Gens Ignatiadum, aduentus vbi prima suorum

*Narra  
tio.*

Fama tulit, tristisq; inuasit pectora rumor.  
 Ut venere, cauo puppis de robore mæstos  
 Exponunt socios, ternoq; hinc, inde morantur  
 Amplexu, quæ causa viæ? tantæq; rogabât  
 Cur lachrymæ? quæ sæua omnes Iapponæ sodales  
 Ex toto fortuna trahit? quæ fata per vndas  
 Impellunt, cultisq; iubent discedere regnis?  
 Illi equidem taciti postquam intrauere pênates,  
 Confidunt: vocêq; trahens, gemitumq; profûdo  
 Pectore, sic tandem Paciecus flebilis, inquit:  
 Iapponum cladem ingentem, fideiq; supremum  
 Quis narrare diem, verdisq; æquare labores  
 Christiadam queat, ó socij? prius æquore Titan  
 Merget equos, cælumq; dabit surgentibus astris,  
 Quam vacet infâdos casus, gentisq; referre  
 Exitium immeritæ, vestrum sed iussa sequutus  
 Incipiam, atq; harum reuocabo exordia rerum.

Rex vbi Iappones cæpit frænare superbos  
 Imperio Cubosama suo, dat laxa furoris  
 Fræna animo, fufasq; irarum immitit habenas:  
 Et quantum assimilat factis vitiosa suorum  
 Monstra Deum, tantum ille ædes reparare labâtes  
 Diuorum, ritusq; suos, arasq; iacentes  
 Instaurare iubet, cultumq; reponere templis.  
 Interea regnare fidem, Christi q; per omnes  
 Imperium videt ire animos, tot regna, tot vrbes  
 Totq; illum populos factis, & voce fateri  
 Esse Deum, & latê splendescere nomen Iesu.  
 E contra euulsas euerti ab sede Varellas  
 Conqueritur, Camiosq; trahi superosq; Fotoques  
 Sub pedibus, sædari Anuqâ, Xaquâq; tremédum  
Queu,

Quem toties auro grauidum, gemmisq; nitentē  
 Vix aræ tenuere, sacris modo sedibus ire  
 Præcipitem: nulloq; metu, non lege, neq; vlla  
 Relligione coli ritus, non multa gementes  
 Audiri Bonzos, regum nec iussa vereri  
 Iappones, stigiq; Iouis contemnere panas.

His super accensum pectus crudele tyranni  
 Infrendet: ceu cūcta Notus cū turbine vasto  
 Rapturus, per prata rosas, segetesq; per agros  
 Disturbat, volat inde nemus, furor alta domorum  
 Tecta rapit, pelagiq; imas euoluit arenas,  
 Inq; vadum allidit nauēs, inq; arua volantes  
 Præcipitat volucres, cæloq; immurmurat alto;  
 Non aliter defæuit hycems, regisq; superbi  
 Tempestas, iubet indicî bella horrida genti  
 Chritiadum; linquant ritus, quos aduena classe  
 Extremo veniens quondam Xauerius orbe  
 Inuexit, sua sacra colant, iterumq; priores  
 Obseruent diuos, primæuaq; iura parentum.

Ni faciant, ferro pereant, vel corpora dentur  
 In cinerem, inq; atras abeant cōsumpta fauillas.  
 Tūc quoq; magnanimos pelagi iubet ire per ūdas  
 Lusitadas: iubet Ignati discedere prolem,  
 Gusmanasq; acies, sacrosq; excedere regnis  
 Aurelios, inopesq; tuos Seraphine sodales.  
 Atq; alios quoscunq; ferox maris imperat vndis  
 Ire sacerdotes, remeent, ait ille, beatam  
 In patriā, exiliūq; graue, & peregrina relinquant  
 Regna, suumq; Tagum Lusus, solisq; sepulchrum  
 Occidui inuisat, vitreum contendat Iberus  
 Ad Betim, vel Sinæ habitent, vel regna Manillæ,

*Cōpa-  
ratio.*

*Mittū  
tur in  
exiliū  
adue-  
na, re-  
ligiosi.  
societa  
tis, do  
mini-  
cari,*



*Augus-  
tina  
ni &  
Frācis-  
cāni,*

Sive alio quocunque velint transferre penates,  
Ipponem exonerent, & quot mala damna tulere,  
Tot referant secum, ventis dent vela sinistro  
Altre, dent pœnas medio sub gurgite, quales  
Ipse luit Ippon, fecit commercia postquam  
Talibus hospitibus, profugosque in tecta vocavit.  
Discedant animæ viles, Ipponis ad oras,  
Quos olim exhaustos indignans expuit æquor,  
Atq; vnda vomuere: maris fastidia, turpis  
Nausea terrarum, rapidis ludibria ventis.  
Si vero instabiles iterum male sana cupido  
Huc vehat, inq; meos transmittat nauita portus,  
Tunc miseris superesse enses, superesse caminos  
Agnoscant, sic esse ratum, sic lege futurum  
Aeterna, inq; meos mansura hæc iussa nepotos:  
Hæc iubet, hæc animo noctesq; diesq; fatigat.

*Ludo-  
uicus  
Cerque-  
rius E-  
piscop-  
us Iap-  
ponensis.*

Hanc ubi longæuus famam Cerquerius hausit,  
Multa Deum, diuosque pia cum voce precatus,  
Ecquid, ait, vobis me tot seruare per annos,  
Quid placitū est superi: nostram si tāta senectam  
Exilia, & glādj, flammæque, & vincla manebāt?  
Ecquid agam? o Cælū? qua me ratione? quibus ve  
Opponam auxilijs: qua factum immane labantis  
Imperij, regisq; iras, & iussa morabor?  
Quid ves Christicolæ meruistis? quod scelus? ah me  
Me, me, inquā, atq; meū, superū rex maxime, solū  
Obiectisse caput liceat, proq; omnibus istam  
Effudisse animam, & pacem cum morte pacisci;  
Ipse prior cultros, flammantesq; imbuat aras  
Pastor, oues redimat, noltraq; hac cæde luantur,  
Si quas Christiadæ meruerunt soluere pœnas.

Me



## LIBER PRIMVS.

72

Me quoq; inūdantē lachrymis, iuxtaq; sedētem  
 Pro bello instanti, tanto pro vulnere poscit  
 Auxiliū, medicamq; manū, lachrymisq; profusus,  
 Immerita me laude ferens, sic vocibus inquit.  
 Huc ades o rerum columen Paciece ? penates  
 Qui nostros, animumq; regis, quiq; arbiter vnus  
 Es curis, fidoq; soles in rebus egenis  
 Consilio referare viam, portumq; saluti :  
 An ne audis vocem horrēdā, tonitrūq; per vrbes  
 Quo tonuit Cubosama ? ferum placare leonem  
 Quis poterit prædæ intentum ? nō dona, precesq;  
 Sufficiēt, vox nula hominū, lachrymæve monebit;  
 Dic precor, & si qua via sit, mihi pāde, sequemur.

Ipse hæres, dubiusq; animi vix prodere quidquā  
 Audebam: reuocō mentem, & sic ora resoluo.

Quis ne, adeo euētu in misero dabit optime præsul  
 Digna satis responsa tibi ? quis flebile cladis  
 Exitium, pænāsque huius satis explicet ? Eheu ?  
 Exigua in nostros pelagi sunt æquora fletus ;  
 Si tamen in dubijs vlla est sententia rebus,  
 Consilioq; locus, superis ē sedibus omne  
 Auxilium, è cælo tantis optata periclis  
 Est quærenda salus; tempus nunc ire per aras,  
 Auersamq; dei mentem, magnæq; Parentis  
 Implorare oculos, superiorumq; agmina votis,  
 Flectere, & oblatis cumulare altaria donis.  
 Tempora fores referent, passim fumantia dentur  
 Thura focis, pateantq; adytis sacraria, & omnes  
 Longa sacerdotum pedibus nudata per vrbes  
 Pompa fleat, mistoq; sonent suspiria cantu.  
 Dēt homines squallētē humeris pro murice saccū

## 8 PACIECIDOS.

Pro gemmis cinerem capiti det femina; collō  
 Dent funes pueri insontes, materq. tenellum  
 Infantem abstineat mammis, vagitus in auras  
 Conscendat, gens nulla dapes, non flumina libēt  
 Quadrupedes, tristetq. hominū pia sydera luctus.  
 Namq. licent magnopretiosa piacula: testor  
 Diue tuos oculos Dauid, tua flumina: testor  
 Te cinere aspersum numerosæ Niniuis alte  
 Regnator, ciuesq. tuos, his artibus iras,  
 Emissamq. polo cladem, monitusq. tremendos  
 Vicistis, Ionamq. vrbi serale minantem.  
 Nec tibi chare pater solum expugnanda supersit  
 Numina, majus opus: lachrymis lētādus acerbis  
 Est nobis Cubosama: caput decoratus oliua  
 Legatus contendat iter, pacemq. tyrannum  
 Exposcat, veniamq. auro, gemmisq. reportet;  
 Inuia fulgenti patuerunt Tartara ramo.

Audijt hæc senior, fieriq. ex ordine cuncta

Imperat, atq. viæ largo cum munere legit

Septem oratores, quorum pulcherrima fandi  
 Copia, consiliumq. ingens, nec plurima fronti  
 Canities, vultusq. graues, moresq. seueri  
 Desuerant, quales posset suprema vereri  
 Barbaries, precibusq. daret quæcunq. reposcent,  
 It Linus, clarusq. Arbes, iudexq. Trifemus  
 Et Pauli genus inuictam Velocius heros,  
 Atque Hanno, atq. Lices, atq. alto sanguine Alexis.  
 Hi picturatum chlamydem, sceptrumq. superbū  
 Et magnam solido ex auro, gemmisq. coronam,  
 Dona ferūt, munusq. addūt, quod Persia quōdā  
 Formarat, regum sublimē in sine suorum;

*Septē  
 legati.*

Scilicet

Scilicet elata regnantem e rupe Leonem;  
 Cui dentes, vnciq; vngues adamante rigescunt,  
 Chrysolithus linguam incendit, geminiq; pyropis  
 Scintillant oculi, fufis crispantur in aurum  
 Colla iubis, regale caput diadema coronat;  
 Iuxta humiles, mitesq; agni, ceruice reflexa,  
 Securi victoris heri pietate recumbunt;  
 At tauri, & tigres, vrsiq; lupiq; rebelles  
 Sternuntur, fremituq; iacent, atq; vngue crueto;  
 His donis elati, animis constantibus ibant  
 Sublimes in equis, circum de more ministri  
 Multi adeunt, tristesq; horrēt nigro ære cateruæ.  
 Dum pergunt, instantq; vijs, penetralibus altis  
 Aurum inter, lectiq; ostrum Cubosama quiete  
 Accipiens, dulcem captabat pectore noctem;  
 Cum fera Durities, regum o Constantior? omne  
 Præfidiū, magnūq; decus Cubosama Fotoquum  
 Salve, ait, & nostris faciles da vocibus aures;  
 Ad tua septeni veniam, pacemq; precantes  
 Legati tecta accedunt, quos Præful, & omnes  
 Cum Lachrymis lysij mittunt, & munere largo;  
 Heulyfij? timeo lysios, & dona ferentes;  
 Quis homines, magniq; Dei placantur, alienæ  
 Quis portæ, inuictæq; arces, atq; alta patefcunt  
 Mænia; cælestes, ipsumq; Acheronta refringit  
 Hic aries, non ille sono, non viribus vrget:  
 Spontelabant, faciemq; auri fulgentis adorant.  
 At tu, cui pelagi cunctæ, terræq; parantur  
 Diuitiæ, radiantq; auro tabulata, pyropos  
 Cui plantæ, Gangisq; terunt, Indiq; nitores;  
 Tēnere opes, rex magne aude; Clemētia pectus

Nulla



Nulla tuum flectat, mens non tibi fluctuet, vna  
 Esto animo, regi satis est dixisse, nec vltra  
 Cónsilium mutare licet: sic magnus ab alto  
 Xaqua petit, Camiijq; rogât, lachrymisq; precâtur.  
 Dixerat, & saxum Rhodopæa ab rupe recisum  
 Immittit cordi, pectusq; euincit ahenis  
 Tercentum vinculis, nodisq; rigentibus vrget,  
 Nec mora, discessit, Bârathriq; aufugit in vmbra.  
 Durior at saxis, ferroq; immanior ille.  
 Deseruit lectum, & solita magis æstuat ira  
 Improbis, iniectumq; rotat sub pectore saxum.  
 Iamq; oratorum se se cõmitatus agebat,  
 Cumq; propinquassent muris, arcemq; Fucuni,  
 Regalesq; aditus, & regia tecta subissent,  
 Ante pedes, regisq; thorum tot sæua iubentis  
 Procumbunt, largoq; irrórant pectora fletu;  
 Tunc grauior, seniorq; alijs cum supplice questu,  
 Lugubri in veste, & ramo præcinctus oliuæ,  
 Dona offert, regi q; humilis sic fatur Alexis.  
 O Rex, qui gētē hâc magnâ, imperiûq; gubernas  
 Sexaginta vltra regnis, totidemq; coronis  
 Magnificum, & sceptris superas regalibus annos;  
 Vt noiti, sedem stapilem Clementia regum  
 Pectoribus figit, petit hæc altaria, tẽplum  
 Hoc colit, hîc agnos, & thura benigna reposcit.  
 Hæc olio incendi, fusos potare cruores,  
 Et pœnis hominum pasci, regnantibus esse  
 Turpe, ferumq; docet: placidum, & regale, iacēti  
 Ignouisse, precesq; pijs audisse precantum;  
 Sed tibi præ cunctis, regum mitissime, pectus  
 Molle dedit, tenerosq; animos Clementia, nulli  
 Irasci,



Irasci, cunctis nimium prodesse volebas.

Quæ modo Circe animû, & cælû mutare serenum

Intendit? depone iras Pater optime, genti

Christiadum pacem antiquam, veniamq; rogamus,

Nam Deus iratus cælum, terrasq; sonoro

Sæpe ferit tonitru, magnos sed fulminis ictus,

Dum miseret, nostriq; piget, placatus in Ossam

Euibrat, in Rhodopen, inq; alta Ceraunia mittit:

Ecce tuis, Cubosama, leo, quem supplice dono

Apposui plantis, regnantum infigne, iacenti

Dat veniam, atq; agnis ignoscere mitibus vltro

Gaudet, at exertas obstantum in pectora falces

Fert détû, atq; vngues taurorû ostentat in armos.

Tu melior, rex magne, tuis da fædera pacis,

Hanc Præsul, lysijq; omnes, hanc oppida, & vrbes

Iapponum, hanc cæli deprecant Numina pacem.

Hæc inter tacitus perstat Cubosama, cateruis

Bonzorû accinctus: tigres ceu Caucasus horrês

Mille inter, pardosq; atq; agminâ sæua luporum

Stat surdus, temnitq; imbres, aurasq; sonantes

Incastum, & tota saxorum mole resistit.

Non lachrymis aditus in saxea corda profusis,

Non precibus patuere: aures obturat, & vnâ

Hanc vocem tandem euomuit: firmata manebût

Quæ iussi: faciles motus mens regia, & iras

Nõ capit: abscedât lachrymæ, nõ munere flectôr.

Dicenti acclamant Bonzi, plauditq; nocentum

Concilium, applaudit Brenes, turpisq; Sonilus,

Atq; Atus, Fenusq; loquax, regemq; ducemq;

Sæpe vocât, magnoq; ipsû pro munere adorânt,

Decliuës caput in terram, pectusq; voluti;

Et neq;

*Compa  
ratio.*

*Compa  
ratio.*

Et neq' ius mundi, nec fæderis vlla verentes  
 Sacra, oratores regali ab sedè tumultu  
 Eijciunt, totaq' iubent ex ire fucuno.

*mori-  
 tur E.  
 pisci  
 pus Ce  
 rqueri  
 us.*

Vix Nangasaqui fama hæc peruenit ad urbem  
 Cum bonus antistes producere longius annos  
 Abnegat, atque oculos, fessumq' à clade futura  
 Auertens animum, renuit superesse dolori:  
 Nec tardum expectare ensom, flâmasq' morâtes  
 Sustinuit, magnumq. nefas, Iapponia, duxit,  
 Te pereunte, mori solo non posse dolore.  
 Scilicet ille tuus Cerquerius occidit, ille,  
 Quem tibi tam licuit multos habuisse per annos.  
 Pastorem baculo insignem, pariterq; tiara  
 Pontificem, virtute ducem, pietate parentem.  
 Occubuit, cælumq. aliquas pacturus adiuit  
 Inducias, veniamq. luis cum fædere certo;  
 Sed fæcunda nimis cum sint hæc prælia cælo,  
 Et palmas auctura poli, componere fædus  
 Astra negât, bellumq. iubent differre per annos.

Interea sacras diuûm pulsata per ædes  
 Funereos dant æra sonos, circumq. iacentem  
 Stant famuli, viduamq; replent plâgoribus aulâ.  
 At nos egregium vittis, claraq; tiara  
 Induimus corpus, membrisq; nitentia circum  
 Ornamenta damus, stratisq; thoroq. superbo  
 AEdæ super media, tectisq; exponimus altis:  
 Irrumpunt aditus, vi fit concursus, & omnes  
 Procumbunt, sacrosq; pedes, dextramq. benignâ  
 Perfūdât lachrymis, perq; oscula mille fatigant.  
 Nec minus ad iustos celebrandæ mortis honores,  
 Cuncta viri properant, funusq. educere certant.

Hinc

Hinc, atq; inde acies procedit cerëa longis  
 Flāmarū ordinibus, sequitur quos magna canētū  
 Pōmpa sacerdotum, cantus vox turbat egenum,  
 Quam tristes comitantur anus, pueriq; gementēs,  
 Nostrorum proceres humeris subiere feretrum,  
 Pone vr̄bis primi incedunt, cunctiq; coronant  
 In luctu cum plebe patres, & templa frequentes  
 Ingressi, tabulata super pōsuere parentem;  
 Hic cantus, & thura focis, hīc sacra per aras  
 Plurima, queis magnas placamus præfulis v̄brās;  
 Mandamusq; pio tumulto, veniamq; precamur;  
 Et mitram, baculumq; super, clarumq; notamus  
 Longæuo nomen: titulumq; Inscribimus vr̄næ:

*Iapponum antistes iacet hic Cerquerius, orbis  
 Seruat facta, animum celū, Iapponia corpus.*

Vix sua pontifici celebrarat iusta sacerdos,

Atq; ossa in tumulto, delletaq; membra quierāt,  
 Cum fera sacrilegi properantur iussa tyranni,  
 Implentur clamore viæ, puppesq; paratæ  
 Exulibus, volat ignis edax per templa, per aras,  
 Perq; sacras diuūm, perq; ipsas Virginis almæ  
 Effigies, Christi; rogis temeratur imago,  
 Vt socios tolerare suo discrimine p̄nas  
 Excitet, & saeuas doceat frigescere flammās.

Has superum clades, euerisq; templa sequuntur  
 Mille hominum cædes, quas inuidiosa vetustas  
 Suspicit, atq; alia recolent ætate minores.  
 Namq; animis Christi lex sacra in gentibus hæret,  
 Pectoribusq; immota manet, constantibus ausis  
 Vna omnes spondent superi seruare Tonantis  
 Iura, petuntq; animam tenues efflare per auras,

Ante



Ante fides quam te violent, in prælia fortès  
 Incendit Deus ipse viros, dat robora, & iras  
 Inspirat, vigor inde animis, & mortis honoræ  
 Dulce sacrum, blandiq; ignes, mitesq; catanæ.  
 Coniuge pro rapta nescit deflere maritus,  
 Proq; sorore soror, generoso in funere patres  
 Natorum exultant, paruiq; in cæde parentum  
 Non trepidant nati, faciles discrimine nullo  
 Hinc puer, ide senex, iuuenisq; hinc fæmina collū  
 Dat gladijs, perimunt flammæ, qua deficit ensis.

Nos varia exilia, & diuersas quærere terras

Mittimur: ex toto socij Iappone requirunt

Nangasaqui urbem, namq; hinc cõscẽdere naues  
 Iussa monent, pelagoq; nonas exquirere sedes:  
 Sed cum forte rates magno hoc in littore nullæ,  
 Non mali, non vela forent, Sasiogius illinc  
 Immanis nos ire iubet, portusq; Facundæ  
 Quærere, non paucas illic superesse carinas.

Ergo iter aggredimur, fessusq; ætate Iacobus,  
 Atq; viæ, & magnis tot iam mæroribus impar,  
 Occidit, inq; antro, quo se piscator ab vndis  
 Ferre solet, superis se se expectantibus addit:  
 O nimium felix? hominum cui prendere quondã,  
 Piscariq; greges licuit? non retia tandem  
 vitasti? atq; hamos inter pater optime cælo  
 Præda iaces? sterileq; beas extinctus arenas?  
 Te mare vicinum, te flumine laga remotus,  
 Fleuerunt venerande senex, Frenosima mouit  
 Magna apicem, & sũmis gemuerũt collibus orni:  
 Te quoq; deiectis mærentia floribus arua,  
 Vrbs Omuræ, fontesq; pij doluere Firandi:

*P. Ia-  
cobusa  
Mesq-  
uitta.*

I bone



I bone Mesquitide, cui cum Iappone cadente  
 Coniigit oppetere, & fidei superesse negatū est.  
 At nos hunc iussas Facundi littoris oras  
 Venimus, amplexiq; solum, terrasq; supremūm  
 Effati, pelago nauem, turgentia ventis  
 Vela damus, lachrymisq; oculos, atq; ora querelis.  
 Sed quantum fluctusq; pij, remorataq; vela  
 Concessere oculis, ventasq; indulsit, ad vrbes,  
 Templaq; respicimus, quæ iam fumantibus altē  
 Lucebant flammis, quæ tanta incendia voluat  
 Causa patet, maduere genæ, vox gutture clausa  
 Deficit, & magno quatiuntur pectora motu,  
 Sed cum pressa dolor soluit suspiria, ad altra  
 It gemitus, multoq; augemus Nerea fletu.  
 Intonsi montes, rupesq; & saxa querelis  
 Respondent, gemituq; altē fracta vnda resultat,  
 Hos questus, vocesq; inter, lachrymasq; cadētes,  
 Plorantum ex oculis crudelia carbasa sensim  
 Iappone eripiant, vrbesq; ignesq; recedunt  
 At nunquam nostris, dum vita afflictā manebit,  
 Ex oculis lachrymæ abscedent, ex corde dolores.  
 Illinc digressi, ventis iactamur, & altis  
 Vndarum cumulis, subeunt pallorq; pauorq;  
 Atq; necē instantem pelago dum cernimus, ignes  
 Cur nobis, blandosq; rogos Cubosama negaric  
 Conquerimur, nautæq; enses Iappone sub ipso  
 Exoptant, bustumq; pati, puëriq; catanas  
 Exposcunt; præsens semper crudelius vrget  
 Corda labor; mortis minuit distantia vires  
 Attamen has superis tandem aspirantibus vndas,  
 Ventorumq; poliq; iras, animosq; profundi  
 Vicimus

Vicinus, & vestros tenuit ratis anchora portus.  
 Talibus attoniti dictis, fixiq; dolore  
*Sinen* Cuncti oculos, atq; ora Patres suspensa tenebāt;  
*ses Pa* Et quanuis trcito frænare in pectore questus  
*eres ex* Vix possint, ne queantq; oculos cohibere fluētes;  
*ules so* Dissimulant, altoq; premunt sub corde dolorem.  
*latur.* Horum inter primos facundior ore Gyronus  
 Exilio ciectos socios, fideiq; labores  
 Solatur, meliusq; iubet confidere rebus.  
 Posse deum mutare animos, vel colla superba  
 Perdere regnantum, consternere fluctibus æquor  
 Vndosum, & tantas nutu placare procellas;  
 Sæpe etiam aduersis succedere prospera, vernum  
 Post hyemem tempus, solem post nubila, pulsa  
 Nocte diem radiare, sequi post bella triumphum.  
 De spinis prodire rosas, frondere sub ipsa  
 Falce nemus, cæloq. novos protendere ramos;  
 Quin etiam steriles prodesse incendere campos,  
 Ut votum superent messes cultoris auari,  
 Ditiior & flauos Cereris terat area colmos.  
 Sic Graios seruasse fidem, constare cruore  
 Romulidæ cæmenta vrbis, Petriq. penates  
 Ossa super, cæsosq; artus consurgere diuum;  
 Non aliter tantum ditari altaria sacris  
 Reliquijs, Stephanum saxi crepitantibus, igni  
 Laurentum, gladio Saulum, pharetraq; Sebastum  
 Deberi, superesse suas Iapponibus aras.  
 Hac vice sermonum tristes depellere curas,  
 Deiectosq. animos, & spem firmare cadentem  
 Intentant socij hospitibus, nec plura loquuti,  
 Consurgunt, epulisq; parant componere mēsas,  
 Para

Pars curare dapes, pars fiammā inducere ahenis  
 Decertant, tenebrasq. alij, noctemq. ruentem  
 Vincere, & incensis oleum diffundere lychnis.  
 Hi violas miscent, alijsq. fragrantibus herbis  
 Accelerant pedibus latices, pars maxima lectos  
 Consternit, centumq; thoris accommodat ædes.  
 Tunc equidē angustos nimium creuisse penates,  
 Crediderim, laxavit Amor, sub pectore gratum  
 Hospitium, sub corde darent, si tecta decissent.  
 Accubere omnes, primæq. ad fercula mensæ  
 Assurgit Vates, cæliq. è vocibus vnam,  
 Exposcēs te Virgo Parēs, Musa inclyta, chordasq;  
 Et pleclrum variatum astris, dat carmina sacris  
 Hospitibus, similiq; beat conuiuia cantu.

Phæbe Thyestesos hinc iam obliuiscere casus, *Cærus*

Atq; olim auersos stellata adfræna iugales *conui-*  
 Iunge iterum, mensasq; animo depone cruentas; *ualis.*  
 Te vocat hæc: placida hic inter conuiuia fratres  
 Tercentum aspicies, queis vnū est pectus, & vnus  
 Corde amor, atq; animis late pax aurea regnat.  
 Tuq. etiam flammis, vastoq. crepta profundo  
 Gens superum mensis, epulisq; accumbere digna,  
 Has ne temæ dapes, non hic tibi pocula Circes  
 Effera, non Progenes timeas hinc fata, Lyæas  
 Non Lapithum rixas, Peleptæq. damna, nec ensē  
 Distriētum, & Siculi minitantem in colla tyranni.  
 Nullæ hinc insidiæ, nostrum lux vnica, nulla  
 Fraus, vbi regnat amor; ille hæc dat fercula, cōdit  
 Ille dapes, spargitq. sales, miscetq. sapes.  
 Regifici cedāt luxus, quibus inclyta Dido,  
 Post patræ cineres, incensaq. pergama, & vndas



Troianum dapibus regem, sociosq; fugatos  
 Excepit, diuesq; ostro regina locauit.  
 vosq. etiam patere insignes, vos cedite mensæ,  
 Quis olim Alcinoüs deiectos æquore Graios,  
 Ductoremq. Ithacum, magna inter testæ vocatos  
 Expleuit, cunctosq. dapum monstrauit honores.  
 Maior in hac mensa decor est, nam fuluus iaspis  
 Si desit, nulloq. abacus ditescit in auro,  
 Si niueum non iactat ebur, nec gemmea lucent  
 Fulchra thoris, si Bacchus abest, victusq; laborat  
 Exigui, pelagusq. negat, montesq. polusq.  
 Has ornare dapes, inopemq. inuisere mensam,  
 Vos illam o socij, vestra hæc præsentia ditem,  
 Cæfareamq. sacramq. facit, dapibusq. beatos  
 Ambrosiæ inspirat succos, & nectaris haustus.  
 Ergo agite, & mæstas animo depellite cæras,  
 Namq. deus meliora dabit, facilesq. per æquor  
 Iaponum ad populos, placatiq. ocia regni  
 Concedet reditus: quod si se se ostia claudant  
 Cuncta maris, duretq. ferox in cæde tyrannus,  
 Sedem quam incolitis, vestra est, nolite grauari.  
 Dixerat: assurgunt mensis, gratesq. Tonanti  
 Persoluunt, cunctiq. vno simul ore frementes,  
 Excipiunt vatem plausu, & amore secundo.

F I N I S

LIBRI PRIMI.



LIBRI SECVNDI  
ARGVMENTVM.

*ANGELVS* Iapponia custos apud Deum a-  
git de instaurāda fide, illū Deus solatur: pro-  
mittit in Iapponiā reuersurum Paciecum, ut  
fidem tueatur: a Sina multis cum socijs muta-  
to habitu in Iapponiam nauigat Paciecus:  
Nangasaguum appellit, & ab eo portu in Iap-  
ponia regna deriuantur.

LIBER SECVNDVS.



Nterea magnum vitrei super au- *Dei cū*  
rea regni *Ange-*  
Sydera concilium superum regna- *lis con-*  
tor habebat: *cilium.*  
Aligerumq; acies sublimi ab sede *cilium.*  
futuros

Euentus, rerumq; vices, & fata docebat,  
Quæ neq; fas homini, non vlli agnoscere diuū  
Ante licet: tanta deus hæc caliginē mersit.  
Hic aderant queis terra subest, quiq; ætheris alti  
Tecta regunt, pelagiq; vndas, qui corpora frænāt  
Ignea, & astriferos contorquent viribus axes:  
Hic roseo qui sole dies, qui sydere noctes  
Ire iubent, iustosq; orbi dāt mensibus annos;  
Hic quibus humanæ seruandæ est gloria gentis,

Europæq; , Asiæq; manus, quiq; Afra tuentur  
Regna, ducesq; tui felix America, pulchro  
Ore pares, æuo similes, fertisq; decori  
Adstabant roseis, & versicoloribus alis.

Cumq; humiles iam multa deû cõsulta rogassêt,  
Clarius & Phæbi radijs, & flore rosarum

*An-  
gelus  
Custos  
Iappo-  
nia*

Gratior, in medios se se pulcherrimus infert  
Iaponiel, regna illa datum populosq; potentes  
Cui regere, atq; animos seruare, & reddere cælo;  
Is flammæ effusus cinem, pectusq; decorum  
Inuoluens lachrymis, alis tegit ora, Deumq;  
Ter capite inflexo, ter curuo poplite adorans,  
Sic ait è folio facta est vbi copia fandi.

Magne Parens, scis ipse, tibi celare potestas  
Nec quidquæ est Iaponiû; res cõsiderè inignes,  
Iesuadas ire exilio, scuire catanas,

Et tua sacratis turbari altaria templis;

Quo tandem patiere? ruet quorsum iste tyranni  
Impetus, & tantum iuris Vulcanus habebit?

Tanta ne Xaueri subeunt te obliuia? totq;

Villelæ perijisse vias, perijisse labores

Credendum? Sic illa mei facta inclyta Cõsmi?

Sic lachrymæq; , precesq; Frois, sicq; alta Ioannis  
Fama? Valignaniq; decus? vix orta, repente

Cuncta cadunt? tenues heu sic resoluta per auras  
Conspiciã? primosq; rosas marcescere ad austos?

Parce precor, gentesq; audi non digna ferentes;

Quin potius regem, & Bonzos extingue, Varelas  
Verte solo; pudor est Amidæ quod sanguine festo

Aræ adeo exudent, multoq; in thure vaporent

Limina, quæ melius flammis absumpta perirent.

O numen.

O numen terris æquum? Rex omnibus idem,  
 Da pacem, regnumque tuis, dirumque scelestis  
 Supplicium, & meritas soluant cū sanguine pœnas.  
 Ne dubitet mēs cæca hominū, terras ne gubernet  
 Cura dei, mundique artus diffusus in omnes  
 Rector eat, factis hominum qui consulat æquus:  
 An potius superū mensis, cœloque potitus,  
 Nil terras meminisse velit, mortalia casu  
 Ire sinat, tot damna pio, tot lata nocent i  
 Permittat, cœlique piger terat ocia regnis.

Nec plura his: numē cum sic: fidissime custos

Ne pete lapponum me pacē accersere regnis:  
 Cædibus his, flammisque fides decoratur, & aræ  
 Impletur numerus, vacuique sedilia cœli:  
 Hoc poscit palma illa fores, quæ maxima nostras  
 Denfat, & auratis ramorum frondibus vmbat:  
 Namque recuruatur, pendētia scepra, coronasq;  
 Haud tantas sufferre potest, nec tendere ramos,  
 Quæis lapponum acies, victriciaq; agmina felix  
 Ornabit, prius ante meos quam cernere vultus:  
 Aut liceat sedem hâc claram, gemmisque nitētē  
 Visere, & æternum templum immortale subire;  
 Ne tamen in tanto lappon discrimine rerum  
 Succumbat, pereatque fides, in regna pœccum  
 Ire iterum magnum, populosque intrare iubebō:  
 Cui si forte daret similem tibi Lysia tellus,  
 Tunc Camij curæ exiguæ, non Xaqua timendus,  
 Non Bonzi, nullusque labor Cubosama fuisset.  
 Hunc tamen Ignatique acies, fortisque iuentus  
 Dustorem accipiet, perque æquora vasta sequenti  
 Fumantes lapponum vrbes, & regna reuisent.



Atq' iras Cubosamæ inter, rabidasq' catanas  
 Oblitent validi, mitte hos è corde timores.

Hæc ait, ingeminat superû domus aurea plausus.

Dum sacra Iapponum Custos arcana Tonantis

Accipit, & celsa rebus bene consulit arce;

Iam Phæbe instanti reuolutos axe quaternos

Explerat menses, at non implere Paceci

Sina animû, comitû ve potest releuare dolores;

Omne graue officium est, atq' illætabile semper

Cor mæret, stimulat curæ, geminusq' perennat

Fons oculis, viuumq' hæret sub pectore vulnus.

Nulla tui Figen subiere obliuia: Ijendum

Ora sonant, Omurâ in clamât, Vosq' arua Firâdi

Sæpe vocant, oculusq. illas se vertit in oras,

Atq. illuc lachrymas mittit, suspiria cordis

*Exci* Quo tendunt, ventiq' ferunt, referuntq' dolores.

*tatur* Sæpe etiam in medijs se se Iapponia somnis,

*a Iap* Flammam inter, strictosq. enses, curuata catenis

*ponia* Objicit, infelix simulachrum, è fronte reuulsû

*ut in* Sordescit crinale aurum, sordescit amictus

*sua re-* Puluere, cæsaries squallet, ceruixq. recumbit

*gna re* Denudata ensi, facies semiuista, cicatrix

*uertâ.* Plurima, perq. humeros vulnus, per colla, per artus

*tur.* Quam mutata? abijt peregrini gratia vultus,

Vlla nec antiquæ remanent vestigia formæ.

Iamq. videbatur questus miseranda per vmbas

Fundere, desertam se, & defensore carentem

Corruere in peius, Christi dare terga phalanges,

Cum Bonzos caput irarum, succendere regem

Aspiciant, semperq. nouis, ducente Barathro,

Cædibus hanc belli molem crudescere in horas.

Cumq



Cumq. dei nullos videant superesse cohorti  
 Ductores, sed cuncta graui submersa dolore  
 Affligi, inq. dies retro deiecta labato;  
 Dent dextram miseræ, pudeat perijsse virorum  
 Tantorum, perijsse tuos dux magne labores  
 Xauei, amissoq. omni rectore carinam  
 Liaquere, luctantem pelago, cæliq. ruina;  
 Nec non Thesalias Phæben, pallentiaq. astra  
 E cælo quondam potuisse abducere vates,  
 Et traxisse animos, arenatiaq. ossa sepulchris;  
 Maius inesse sacris pondus, miramq. trahendî  
 Virtutem precibus; Sinarum regna relinquunt,  
 Iam placeat reuocare gradus, iterumq. reuer ti  
 Iappõnem: petere hoc lachrymis è carcere fidum  
 Christicolam, è flammis extrema voce puellam  
 Hoc petere, hoc raptos pueros ex vberè ad ensè,  
 Atq. senem, petere afflictam se, hoc poscere diuos.

*Reuer  
 tuntur  
 in lap  
 ponia*

His curis incensi animi, depulsus & omnis  
 Corde metus, non arua ausus neptunia tardât  
 Iesuadum, non vlla horrent incendia, eamus  
 Vna omnes, vox vna omnes conclamat, eamus;  
 Nec mora, certatim dextra exultante videres  
 Sacratos mutare habitus, insignia gentis,  
 Aptare, & varias lapponum inducere formas.  
 His pelagi placuere vices, variumq. marinæ  
 gentis opus: legit iste manu tractare rudentes;  
 Hic nautam, hic vigilem reddit, ratis induit ille  
 Rectorem, dubiosq. Euros ediscit, & astra,  
 Et premere; & fufas puppi demittere habenas.  
 Has Xistufq., Senusq. artes, & candida Costæ  
 Mens simulat, cuncti malos concedere in altos

*Nau-  
 ticam  
 simi  
 lant.*

Excubijs, velique sinus expandere gaudent;  
 Ergo noui Typhes auris felicibus Argo  
 Ducite, & insultū iā nūc premat æquora numen.  
 Multos castra ruuat, fictique horrenda Martis  
 Arma sequi, ferroque artus armare rigentes;  
 Hi galæa rutilant cristis, his purpura inundat  
 Ex humeris, fuitatque super thoracas ahenos;  
 Hunc magnas simulante in iras, hastamq; vibrare  
 Aspiceres, ensemq; alios, & tela moentes  
 Irroere, & fauos minitari cuspidis ictus;  
 Mille modis pugnam, & belli simulachra ciebant.  
 Quos inter Sôusa effulgens flagrantibus armis  
 Irradiat, Saulusque nitet, Siculumque Ioannes  
 Aere tegit pectus, torquensque hastæ superbit.  
 Nec non Marte satus, ferroque infractor ipso,  
 Elboreæ gentis notum decus, inclytus ibat  
 Borgius, atque animo pugnas bellator obibat.  
 Ite duces, Martesque sacri! Iapponia dextras  
 Has petit, hæc Barathri formidant bella manipli.

*Alij  
 mer  
 catore  
 a pro  
 fiten  
 tur.*

Ast alijs quæstum magnas simulare per vrbes  
 Est animo, variasque foris exponere merces  
 Sub pretio, Sic clarus Aues, Sic Florus, & Hebes,  
 Sicque alijs gaudent commercia fingere latis  
 Porticibus, mensuræ artes, numerosque requirunt.  
 Hic ego diuinos cælo descendere ab alto  
 Mercurios centum aspicio, dent sydera faustum  
 Mercatum, & pretium felix vsura rependat.

*Mer  
 cator  
 em in  
 sist.*

Horum inter primos ibat præstantior omnes  
 Liniades, non ille genis, non vertice flauos  
 Abradit crines, humeros Iapponica vestis  
 Exornat, manicasque inter dat sibi collo

*Auratum*

Auratum pretiosa ensem, fidoque catana  
 It lateri indiuisa comes, sandalia plantis  
 Auro insperfa micant, vittisque rubentibus ardēt.  
 Fert capiti vmbellā elatam, Phæbumq; retorquet  
 Ardentem, remouetque auras hinc, inde flabello.  
 It Lylius mente, atq; animis, at cætera Iappon.  
 Multi etiam ex socijs geruli sub veste frequentēs  
 Accedunt, dextraque illum, læuaque secuti  
 Exportant onera, atque humeris venalia vestāt.  
 Talibus Ignati proles ignota potentem  
 Mercatorem opibus, quæstuque, & merce superbū  
 Insimulat; (proh diues Amor!) sed cordis egestas  
 Aurata sub veste later, pax læta sub ense,  
 Subque vmbella ardens animus, crudele flabello  
 Sub blando flagrum, roseo sub murice setis  
 Horrida zona premit: vestis sic gratius omnes  
 Virtutum gemmæ fuluo absconduntur in auro;  
 Haud poterant aliter Iapponica regna Pacecum  
 Cernere, sic hominum radiantia lumina Phæbi  
 Cum nequeant perferre oculi, tegit ille nitentes  
 Aurata sub nube faces, vultusque decoros  
 Occulit, & nebulae circum diffundit amictus;  
 Dumque oculi grato dubitant errore planetam  
 An ne alium; Lunæ ve globum, solem ve nitētē  
 Aspiciant, ignotus abit, conditque nitores,  
 Et fugit ad nubes, & Sic cupit ipse videri.

Dum cuncti ad nauem læto molimine tendūt,  
 Exit, & extemplo se se venientibus offert  
 Dulcis Amor vitæ, quo nil mortalibus ægris  
 Gratus esse solet; frontem diadema coronat  
 Sæclorum variatum annis, lustrisque retextum.

*Paci-  
cons.*

*Com-  
para-  
tio.*

*Amor  
vita  
Pacie*

*cum  
Picta herba*



*cur ne  
in Iap  
poniā,  
& mo  
rtē ibi  
para  
tū re-  
uertat  
tur.*

Picta fluit vestis, circumq; supraq; virescit  
 Flore amarantheo, medioq; in pectore fulget  
 Auro inscripta salus, gemmisq; insculpta coruscat.  
 Nec non & vitę Paradyfi ab cespite rorum,  
 Arboris æternę fructus, simulataq; poma  
 gestabat manibus, Parcę queis fila scuerę  
 Extendi, falcesq; tuas Libitina, tuosq;  
 Ferales infringi arcus, & tela ferebat.  
 Viuaci ceruo inuehitur; per pectora, & armos  
 Qui phialas, multoq; scyphos medicamine plenos  
 Portat, Apollinę dependens cornibus herbę;  
 Fert alas, pedibusq; Euros, per corpora totum  
 Fert Argum, vitę quo magna pericula velox  
 Effugiat, mortisq; arcus præuertat, & vngues.  
 Accedunt famuli, longaq; in veste trecenti  
 Circumstant medici, quibus est incōmoda vitę  
 Obseruare datum, tristesq; expellere morbos  
 Corporibus, membrisq; graues auertere pestes.  
 Sic graditur vitalis eques, quem Nestor, & omnes  
 Quotquot sollicitas vitam extendere per artes,  
 Sartoresq; sui, regesq;, ducesq; potentes,  
 Atq; senum curuatę acies, pro munere vitę  
 Immensis æquant spatijs, cęciq; per omnes  
 Delicias, plaususq; breues, & vana sequuntur  
 Gaudia, cęlestum immemores, sortisq; futurę.  
 Ille vbi Iesuadas properare ad littora vidit,  
 Constitit, & tali remoratur voce Pæccum.

Quo Frācisce viam, quo tendis callide gressū?

Quam ve fugā meditaris? iter cōpescce, gradūq;

Atq; animi ardores, si qua est prudentia, fræna.

Non ne satis fuerat Iysiam iuuenilibus annis

Linquere?



Linquere? & Indorū tot vasta per æquora gentes,  
 Sinarumq. intrare vrbes toto orbe repostas?  
 Non ne satis quondā lapponum regna tot ānos,  
 Atq; superba pati Bonzorum pectora, & iras  
 Regnantum, semperq. animum, mētēq. referre  
 Afflictam, fessamq. extrema per omnia vitam?  
 Si te lapponum cæli clementia ab igne  
 Incolumem eripuit, quis te furibunde per vadas  
 Ire iterum cogit, sæuosq. accire caminos?  
 Viuit adhuc Cubosama, rogiq; est en sibus idem,  
 Est rigor, est carcer, vigilesq. & ferrea compes  
 Nectit adhuc, manicæq. premūt, cędūtq. catanæ.  
 Ergo verte gradus, melioremq. indue mentem:  
 Vel tędet si tantum animæ, fastidia vitæ  
 Site tanta tenent, comites crudelis in istos  
 Quid furis? in talem? properas sæuire iuuentam?  
 Hanc gentē? has acies æquū est deperdere? pēdes  
 Ipse nefas, superisq. dabis pro crimine pēnas.  
 Nil tibi dulce domi? nihil officiosa moratur  
 Sina? nihil sedes toties habitata Machai?  
 Pergis adhuc? vanis heu quid verba irrita ventis  
 Effundo? scopulosq. rudes, & athena precando  
 Flectere corda paro? furias simulauit Vlysses,  
 AEacidesq. habitus quondam mutare viriles,  
 Fæmineam gestare colum, nec ducere forti  
 Pensa manu erubuit, Trojæ ne bella viderent,  
 Mectoreosq. enses, Paridis nec tela subirent:  
 Tu tamen ad bellum præceps, funusq. recurris,  
 Diuinosq. habitus, & sacra insignia mutas?  
 Heu mercator abis? vitæ diuendere florem  
 An ne cupis? Mundus paruo mercabitur, Eheu?

Merces ipse tui? medio te finge laborum  
 Mercata, quantum cerne hæc commercia lucri,  
 Quid pretij referent, quantique liceberis ignes?  
 Ne tunc pæniteat fas hinc conuertere gressum,  
 Exue mentitos habitus, redeamus in urbem.

*Fides  
 Pacie-  
 cū ne  
 hosti  
 succū  
 bat ho  
 reatur*

Viderat alma Fides dura hæc certamina ab astris  
 Utque ducem, gentemque suã seruaret, & hostẽ  
 Frangeret audacem, radiantes impulit alas,  
 Descēditque, equitemque graui sic voce repressit,  
 Non ego te vitæ memorem, sed mortis Amorem,  
 Vilis Amor? fragilis vita hęc promittitur, herbis  
 Quæ fidūt, breuiter marcēt: medicamine nullus  
 Sanus eget; ceruum aligerum, phialasq. scyphosq.,  
 Nec non vitales Paradyfi quærere fructus  
 Atque herbas semper, tristesque Machaonas ire  
 Consultum, & celeres tanto mercarier annos  
 Quis velit? haud tanti facienda est vita; recede  
 Hinc procul, atque tuam tecum Galene fugacem  
 Fer vitam: ille satis viuit, qui morte decorã  
 Emoritur.

Tuque age, tu terris ingens, ingentior vndis  
 Vir Limeæ, tuo qui nunquam pectore Amorem  
 Hausisti, aut timidis reserasti vocibus aures;  
 Te bello inuictum vicino in littore puppis  
 Expectat, vocat Auster, aquæ infestnūtur, & õnis  
 Lataturque, leuatque animos Iapponia tanto  
 Aduentu, aræ Amidæ trepidāt, multusq. Varelis  
 It pauor, atque metu desudant tempora Bonzis.  
 Surge altis Paciece animis, cælo auspice cursus,  
 Et cæptas molire vias, stimuletque fodales  
 Francisci exemplum, cuncti non deside passu

Te duce per terras, pelagusq; , ignesque sequetur;  
 Nec diuim pudeat sacrata in praelia vestes,  
 Et solitos mutasse habitus, nam martia quondam  
 Ingentes animos, vestesque induta viriles  
 Per medios hostes regina Semiramis iuit,  
 Et crines galea pressit, multosque cadentum  
 Per strages turmale fremens deiecit in Orcum;  
 His Ithacum factis, his saeuum damnat Achillem  
 Vertice mitrato, mentitoque aspera Teucrum  
 Bella habitu fugientem, & Trojae fata morantem,  
 Audiit, & cerui calcaribus ilia pulsat  
 Victus Amor, pennisque celer fugitiuus amenos  
 Contendit campos, vbi Gaudia ficta, breuesque  
 Deliciae, & pigri posuere cubilia Somni.  
 Nec minus auratis caeli super aurea pennis  
 Astra Fides, solemq; super formosa subibat;  
 Quam bonus intratē clarum Paciecus Olympū  
 Suspicit, & tali remorata est voce sequutus.

O superis dilecta Fides, summique Tonantis  
 Maxima uatarum, tali pro nuuere grates  
 Quis tibi persoluet? generoso pectore cuncti,  
 Deuicto, vt cernis, vitæ pereuntis Amore,  
 In quascunque velis mundi properabimus oras;  
 Tu vel Hyperboreos tractus, vel quærere Nilum  
 Ignotum, aut Lybiae gregibus cõcessa draconum  
 Regna, vel Hircanos iubeas habitare recessus:  
 Hic domus, hic patria est: quas nos modo mittis in vndas  
 Imus, & in flammis, iussis paremus ouantes  
 Dina tuis, foueas vota hæc ingentia, nostoque  
 Assists operi; sacratoque omine firmes  
 Hanc nauem, & tandem optata tellure reponas.

Hæc



Hæc ait, & puppem comitum stipante cohorte  
 Intrat onans, fluctusq̄ salis rate fulcat eosdem,  
 Iapponi proram intendens, impellit euntem.  
 Æolus, & vasto pinus cita gurgite fertur.

Ast vbi conspexit tenebrarum ab sede profūda  
 Rex Amida illusos astus, atq̄ irrita Amoris  
 Tela, nihilq̄ sibi fraude hac prodesse, carinæ  
 Bella timens, casusq̄ graues, cædemq̄ futuram,  
 Cōqueritur, rabidusq̄. Euros, atq̄ æquora dānat.  
 Inde pio questu, & precibus sub nocte rogales  
 Vrgentem incudes, fulmenq̄, ignesq̄ trifulcos  
 Tundentem, & rigidos stimulantē voce sodales,  
 Vulcanum aggreditur, tristici. hæc voce precatur.  
 Fabrorum decus Ignipotens, flāmæq̄ furentis  
 Regnator, rerum afflictus, pressusq̄ ruinis  
 Ad te confugio, & supplex tela ignea pesco.  
 Ipse vides, Vulcane, vides quot vulnera, quotq̄  
 Iesuadæ quondam strages Iapponæ sub alto  
 Ediderint, quantoq̄ illos Cubosama labore  
 Expulerit, nostrisq̄. ferox eiecerit oris.  
 En iterum naue insultant, vastumq̄ per æquor  
 Iapponem exquirunt, legem, ritusq̄ repulsos  
 Important, Romæq̄. Deos inferre laborant.  
 Discute fulminibus, submersamq̄. obrue puppē,  
 Da lateri sæuos ignes, & redde Paceco  
 Quos cupit, & pœcit medio in Iapponæ caminis.  
 Vel rabiem, cunctosq̄ simul Vulcane furores  
 In me verte ignis, peream, mea templa ruinis  
 Subuerte, exure effigies, nomenq̄. superbum,  
 Atq̄. Amidæ decus antiquum præcul exulet aris.

Finierat: lachrymis, præcibusq̄. accēsus amice

Annuit



Annuit Ignipotens : vilesq. è pectore dixit,  
 Discedant questus, nã rex tibi magne quid optes  
 Inculcare fatis, fatis est; rex annue, nutus  
 Accipiam, faciamq. libens, nec iussa morabor.  
 Dixerat, & fulmen nigris fornacibus atrum  
 Abstulit, immanem quod nocte Pyracmona tota,  
 Quodq. fatigarat Brontem, tot sulphuris ignes,  
 Tot picis admistæ nexus, tot pondera nubis  
 Addiderant, austrique animas, ferriq. rigores.  
 Vtq. rubente manu, fabricatum Mulciber ignem  
 Corripuit, rabidus sæda caligine cæcam  
 Conscendit nubem, curritq. per aera magnum,  
 Atq. vbi veliuolo sacratam gurgite nauem  
 Conspexit, lætam velis, & flantibus austris,  
 Constitit, inde serox agitato turbine fulmen,  
 Terq. , quaterq. manu valido cum robore versas,  
 Atq. metum, sonitumq. addens, atq. ætheris iras,  
 Deiecit, insignemq. ratis seuo igne magilstrum  
 Corripit Amonum, piceasq. exturbat in vndas.  
 Vt clauo, & certo viduam rector carinam,  
 Nutantemq. vadis, errantemq. æquore vidit;  
 Cocyti ad sedem properat, casusq. gementi  
 Fert Amidæ lætos, & tristia pectora mulcet,  
 Nil metuat lysij nomen, nil bella Paceci,  
 Non illam optatas puppem Iapponis ad oras  
 Venturam, iam fluctu immergi; atq. ignibus vri.  
 Talia iactantem Cocytius accipit heros,  
 Inferni exultant proceres, & lætior vnus  
 Ante alios Amida assurgit, Claudiq. retortos  
 Ante pedes, sædam multa ferrugine dextram  
 Excipit, atq. atris carbonibus oscula libat:

Nec non & Fabro Camij, vanique Fotoques,  
 Et Chaos, & Phlegeton, latèque obscura profūdi  
 Stagna lacus, circumque omnes plausere camini;  
 Successuque operis tanti, cessare gementi  
 Incudi, fessisque datum Cyclopibus octo  
 Festiuos agitare dies, & parcere ferro.

Vana tamen miseros spes hæc delusit, in vndis  
 Namque ignes periere, natatuque æquora vincēs,  
 Post fociūm lachrymas, insperatamque salutem,  
 Amonis sacram ad nauem sub nocte redibat,  
 Clāmantem agnoscunt socij, puppique reducūt  
 Demissum tractum per funem, animataque tātō  
 Munere læta cohors grates perfoluit Olympo,  
 Amissosque animos, & frigida membra natant i  
 Amono reuocant victu, veterique Ilyæo;  
 Atque ratem, atq̄ nouo clāuum de robore firmāt.  
 Carbasa dissoluunt austris, atque æquora verrūt.  
 Tunc Amaldus ouans, citharaque in signis eburna  
 Cōcinit, & puppi felicia sata precatur.

I ratis! I Fidei nūquam expugnabile castrum!  
 Quā timet Ignipotēs, cedūt cui spicula Amoris!  
 I pelagi insolitum numen! tibi gurgite toto  
 Ancillentur aquæ, choreas hinc, inde marinæ  
 Intexant Nymphæ, hæc funes, atque illa rudētes  
 Conuertat, soluantque sinus, & lintea preñdant;  
 Ipse tibi abiciens, dextræ decus omne, tridentē  
 Neptunus clauum inflectat, tibi lilia Tethys.  
 Det circum, spargatque rosas, & temperet æquor;  
 In puppim cælum adspiret, det phæbus eunti  
 Ore dies, noctisque regat tibi lumina Cypri  
 Diua potens, Helenæ veniant in carbasa fratres:  
 Proh

Proh quas ducis opes? quas fers super æquora mæces?  
 Non equidem Tharfis quondam locupletior ibat,  
 Non Ophir pretiosa ratis, licet illa metallum  
 Ad Solymam ferret, regum quo maximus aras  
 Extrueret Salomon, templique attolleret ædes.  
 I felix, expande alas? maiora Tonanti  
 Tempa instaurabis, superisque altaria pones.  
 Ergo celer portus, Iapponaque littora prende,  
 Nam te iam stellis insertam grandibus æther  
 Expectat, Superique polo clarescere in alto  
 Tot radijs, facibusque iubent, quo lucida multum  
 Inuideat, solitique ignis iubar occulat Argo.  
 Sic canit, & festo propellit carmine nauem.

Iamque ad conspectum chari Iapponis, & oras  
 Adnabat puppis, passim strata oppida vastas  
 Cum cæpere oculis venientum ostendere clades;  
 Christiadam desertæ ædes, habitator in vrbe  
 Rarus adest, cultorque deest morientibus aruis.  
 Nec non semirutis diuim fulgentia tectis  
 Tempa iacent. grandesque tegunt altaria sylvæ,  
 Graminaque: effolis errant armenta sepulchris:  
 Non aliter rupto quam si pro fœdere reges  
 Arma duo, magnasque acies, & regna tulissent  
 Se se inter, geminusque furens exercitus armis  
 Arua per, atque vrbesisset, latèque superbæ  
 Cuncta iræ, ferroque ferox, flammæque dedisset;  
 Tale solum, sic regna iacent tumulata ruinis.  
 Aspectu in misero, tristi de pectore magnos  
 Dant socij gemitus, ingens ferit æthera clamor,  
 Nereidesque imo senserunt gurgite questus;  
 Ipse caput quassans, yndantique ore Pæceus

*Cõpa.  
 ratio*



Talia singultans suspiria fundit ab ore.

Merge caput roseū, Phæbe auree, merge sub ūdis,  
 Lucētesque abscōde faces, pro luce tenebras,  
 Proque die noctem obscuram fas reddere nostris  
 Est oculis, ne tecta hominum, ne cernere magni  
 Tempa Dei, & cladis magna hæc vestigia possint.  
 Quem prius incuset nescit mens fessa dolore;  
 Te solum hac in cæde querar Cubosama? Nerone  
 Sæuior, & græcum doctus superare Sinonem?  
 Hic Trojam, ille suam flammis incendere Romā  
 Est ausus, tu regna, vrbes, fora, templa cremasti?  
 Non sic ardentem memorant incendia taurum  
 Eructasse, altoque agros, atque oppida Cretæ  
 Incendisse rogo, & flammæ superasse Chimææ.  
 In cælum quid bella moues Briaræ? trifulcum  
 Fulmen adhuc superest? dextræ si facta perennē  
 Nulla tibi famam spondent, si laurus honores  
 Denegat, hac scelerum facie, nomenque furore  
 Aeternare, & velle hominū nece viuere; turpe est.  
 Si tamen hæc animum subijt dementia, famæ  
 Sat minus irarum est: fatis olim Herostratus vnā  
 Dianam temerare rogis sibi duxit, vt omnis  
 Famam æui, æternūque darent incendia nomē.  
 Sed tu mille Dei, superūque altaria mille  
 Incendis, tu mille cruces, delubra que mille,  
 Et quidquid pia turba colit das impie flammis.  
 Quæque sacerdotes habitarunt limina sacri,  
 Atque altas diuorum ædes, serpentibus atris  
 In foveam, volucris in nidum, in præsepia tradis.  
 Quadrupedi; proh caula feris datur aula Tonātis?  
 Hæc conuerte manū? sat iā Cubosama laborū est;

Parce

Parce ire, ferroque, effuso parce cruori;  
 Parce igni, & tantis Aethna exundare caminis;  
 Dú queritur, vultusque fluit liquefactus in imbres  
 Paulatim assurgens, terrasque inuenta, vocantes  
 Nangasaqui oram zephyro adspirante, carina  
 Conscendit, diuesque sacra stat merce tumentis  
 Oceano, atque vndas late despectat, & urbem.  
 Iam tunc descédens fessis sol fræna quadrigis  
 Emoriens obscura dabat, de montibus vmbra  
 Lapsa cadit, donec terras nox abstulit atra,  
 Conticuitque vndis Tethys defessa diurno  
 Excursu, & tacito requierunt marmore pisces  
 Sopiti, totumque suus sopor occupat æquor.  
 Non austri, non vlla hominû, non vlla volucrû,  
 Non pecudum vox vlla sonat, iam sônus auris  
 Sederat irrepens curis, & soluerat artus,  
 Perque foros nautæ, socij per transtra quietem  
 Captabant, solus somnos accire Paccus  
 Abnegat, aut vasto caput adclinare rudenti;  
 Atque vbi stelligeras conuersæ noctis habenas  
 Conspexit, tacitamque urbem, ripasq; silentes,  
 Exiguum è magna dissolvens naue phaselum,  
 Remigat a pelago, propereque illabitur oris;  
 Diffusam tergo rorem, & stilantia guttis  
 Ora, comasque gerens, & frigora plurimâ noctis;  
 Utque solum, & sacras tenuit iam victor arenas,  
 Fusus humi, terramque pijs amplexibus arctans,  
 Jam te, ait, o felix teneo lapponia? nunquam  
 Demittam, tuque ipsa tuum suprema Paccum  
 Accipias, viuum teneas, seruesque sepultum.  
 Inde solo assurgit, lictusque explorat, & omne

*Cōparatio.*

Urbis iter, tutosque locos, & littora postquam  
 Iam secura vider, nec quem superare, morari  
 Qui possit, vel nosse suos sub nocte sodales;  
 Ad nauem properat, sociosque è pontibus altis  
 Lintribus acceptos op tata exponit in vluā.  
 Emicat in littus sacratum è puppibus agmen,  
 Lætanturque adeo reduces, vt roscida pinnis  
 E cellis prodire suis examina credas  
 Hyblæum raptura thymum; cū cerea dactor  
 Castra mouet, luditque fanis egressa iuventus;  
 Quos vbi lapponiel subeuntes littora vidit,  
 Aduolat, & pandens pennata volumina cunctos  
 Alarum in gremium, flammataque pectora cogit;  
 Et fore se spondet comitemque, ducemq; periclis,  
 Præsidiumque, aususq; ingens tutamen in omnes;  
 Discessit, solisque instar dedit ore nitores.  
 Illi exultantes, præsentique omine firmi,  
 Hinc diuersa petunt, & littora nota relinquunt,  
 Obscuri in nebulis, & peplo noctis amicti.

FINIS

LIBRI SECVNDI,





## LIBRI TERTII

## ARGUMENTVM.

*Narrantur Pacieci munia apud Iappones: Emoritur Cubosama: eius filio Xoguno imperante Prouincialis creatur Paciecus, & loco Episcopi Valentij Ecclesie Iapponensi gubernator praficitur. A Chusamono apostata accusatione defertur ad Mondum regni Tacaci gubernatorem: proditor à Mondo lubenter excipitur, & de captando Pacieco ambo decernunt.*

## LIBER TERTIVS



OSTQVAM Littoribus cessit Lime-  
ius heros,  
Nocte sub obscura promissi ad rura  
Tacaci  
Contendit, gentesque sibi, parti-  
taque regna

Intrat, & optata tandem hac in sede quieuit.

Nunc calamum solitæ vires in facta Pacieci

Deficiunt, moresq; timet manus ire per õnes,  
Atque viri in gentes animos, studiumque, viasque,  
Et quantos Iapponæ tulit memorare labores.

Ah quoties raptæ exesa, nemorumque cavernis

*Munia  
que ap-  
ud Iap-  
pones  
Pacie-  
cus obi-  
bat.*

*Compa  
ratio.*

Ieiuno sedet ore dies, quotiesque per agros  
 Pernoctat, regisque enses euadit, & ignes?  
 Ceu cum exulta seges sitientibus æstuat aruis,  
 Dat cultor fluium vndantem, riuoque sequenti  
 Temperat, & latè morientes suscitât herbas;  
 Sic urbem nocte ingressus, per tecta suorum  
 It latitans, reuocatque vñdis cælestibus agros;  
 Ille scelusque, dolosq' audit, soluitque fatantes;  
 Ille & nocturnas imis penetralibus aras  
 Excitat, effatusque sacrum dat fercula mensis,  
 Diuinamque animis cererè, ploratque, doletque,  
 Non solum nunci panis sub nube latere,  
 sed tenebris, & nocte deum se absconderè; verus  
 Quod solem effugiat sol, lux a met ipsa tenebras,  
 Et vix arte feros queat hac vitare tyrannos.  
 Hic pactam iuueni sponsam, tædasque iugales  
 Consecrat, vndantem pueris nascentibus illi  
 Dat fontem, sacroque artus insignit oliuo.  
 Hinc fugit, inde alios, numis hos, vestibis illos  
 Lætus adit, placatque iras, & iurgia, lites  
 Dissipat, infomnis morituris assidet ægris.  
 Nec non & multos Plutonia castra sequentum  
 Edocuit reuocare gradum, atque errantia retro  
 Vela dare, & rectas cælo conuerture proras.  
 Non semel horrentes tenebroli carceris vmbra  
 Inuisit, fædasque intrat sub nocte cauernas,  
 Quis sacra pro lege senes, iuuenesque catastis  
 Impositos, cippique alios sub pondere pressos  
 Cernit, & implicitis validas pendere capillis  
 Et trabibus matres, circumque, infraque puellos  
 Reptare, & matrem, matrè iam uoce ciere  
 Extrema. Conspicit

Conspicit immensam turbam squalore cubantē  
 Obsceno, ferrumque inter, funesque iacentem.  
 Hæc videt, atque fame cunctis fugisse colorem  
 Ex vultu, fugisse oculos, mediaque natantes  
 In morte aspiciens, manibus sua iam ferit ipse  
 Pectora, iam lachrymat, iâq' oscula mille catenis  
 Impendit, sociumque ardet se adiungere vinctis,  
 Fertque dapes miseris, sōtemque, & vocibus ōnes  
 Solatur, ceditque foras, iterumque latet ras,  
 Mōtemque, foveasque petens absconditur vmbriis.

Sic alia ex alijs felix mercator obibat

Munia, sic animos gaza permutat Olympi;  
 Vt tamen in plures facta hæc extenderet annos,  
 Quærētumque manus fugeret, eademque paratā,  
 Hanc Pietas illi, Circe ingeniosa, figuram  
 Abstulit, atque alias, aliasque inducere formas  
 Iussit, & ætherei Protheum formavit Amoris,  
 Nulla Iouem toties ausa est mutare libido,  
 Qnanuis ille aries niueo stet vellere pexus,  
 Seu taurum referat, cygnum siue induat album,  
 In que sinum Danaes cælo cadat aureus imber;  
 Nec solum variat notos Paciecus amictus,  
 Verba etiam, & socios, vrbesque, & tecta subinde  
 Mutabat, cæli diuinitus transfuga, noctesque  
 Antra per, & sylvas, perque inuia tesqua iacebat.  
 Illū etiā, vt perhibent, te xit nox annua quondā,  
 Cum pressus tenebrosa inter tabulata Sacai  
 Delituit, donec bis sen os Delia menses  
 Expleuit, faciemque polo duodena nouauit.  
 Cumque inde exisset, soliti caligine palci  
 Vix oculi perferre diem, solisque negatam

*In vr-  
 be. Sa-  
 cai per  
 annū  
 latuit  
 inter.*



Vix lucem, radiosque pati didicere nitentes;  
 Sic animi quondam infracti, fortisque, tenaxque  
 Propositi, fideique adamas Athanasius enses  
 Effugit, latuitque patris sub mole sepulchri  
 Viuus adhuc; (cinerum felix habitator, & hospes  
 Umbrarum?) puteiqu: alto sub fornice duxit  
 Afflictus vitam in tenebris, dum saeuus Arii  
 Sectator petit in caedes, militamque tiaris  
 Fert plebem, totumque haurit Constantius orbem.  
 Nec metus illud erat, quo te Paciece labores  
 Crediderim metuisse: latens sic Maximus olim  
 Distulit in tantem Pænum, pugnasque refugit,  
 Scilicet vt magno tempusque, morasque trophæo  
 Crescendi, spatiumque daret: discedite velox  
 Consilium, rapidusque ruens in prælia ductor;  
 Cunctando vicisse, genus sublime triumphi est,  
 Atque mora fregisse hostem, & superasse sededo.

Interea plures cursu soligneus orbis

*Mors  
Cubo  
sama.*

Explerat, vitæque annos Cubosama supremos,  
 Exiguam vitæ regnum est; quæ deinde sequatur  
 Non taceam; tu quæ infandos sub nocte profunda  
 Iuno deos, hominesque premis, vos Tartara pænis  
 Fæcunda, ingentesque lacus memorate tyrannū  
 Quo plausu excepit Pluton, quantoque locauit  
 In folio, hospitijque huius celebrate dolores.  
 Vix animam infandam nigri famulatus Auerni  
 Multa reluctantem, nimiumque exire timentē  
 Conspexere, atque artus tandem, & frigida mēbra  
 Linquentem, miseræ nodos, tractusque catenæ  
 Cum mille iniiciunt, impactisque vnguibus vrgēt;  
 Hic terra ingentes aditus patefacta recludit,

Antraque

Antrâque, & obscuros in Tartara pandit hiatus;  
 Descendunt infernæ acies, rapiuntq; per vmbas  
 Plorantem Cubosamam, & iam sua facta gemētē.  
 Cumq; propinquarēt piceî Phlagentôtis ad vnda,  
 Iam Pluton, regesque alij, quos flamma coronat;  
 Incenditque manus sceptrû, & saturata caminis  
 Purpura circumdat, ripa vltiore sedebant.  
 Hic Nero, Busirisque ferox, Phalarisque cruento  
 Aspectu horribiles, fictisque applausibus omnes  
 Te regem, miseram regem, Cubosama nefandas  
 Intransentem ripas, & flumina rauca tuentem  
 Irrident, cunctiq; alto clamore salutant.  
 Interea regem vt tantum transferret ad ignes;  
 Ferratis veterem contis, & remige cymbam  
 Componens, dat vela Charon, sed lintea retrô  
 Vertitur, monstrûq; horrens, & crimina, & ausus  
 Territa cymba fugit, contis at nauita contra  
 Impellitque, Amidamq; vocat, Xaquâq; retudât  
 Vt remum, auxiliumq; ferant, & flumina vincât:  
 Occurrût, subiguntque ratem, regemque tremētē  
 Accepere suum, proramque ad cæcula vertût;  
 Excedunt ripis, medio sed flumine tandem  
 Impar cymba oneri, scelerum sub pondere pressâ  
 Mergitur, immensûque ruens petit acta profundû,  
 Quæ toties fontes animas, & facta nocentum  
 Vexerat; infelix animi Cubosama? sub imo  
 Aeternum iaceas fundo, sub gurgite nigro  
 ( Si te vndæ patiâtur ) atrox det cymba sepulchrû:  
 Te quoque terrarum ingens, & cômune Barathri  
 Naufragium, magna testetur voce per vmbas  
 Amisâ iam puppe Charon, clamatque bisformes,  
 Quæ

Quæ scyllas, Hydræq. greges, quæ plurima mōstrā  
 Excipiunt nigris inferna pālatia tectis,  
 Te solum renuisse, tuas nam Cerberus ingens  
 In pænas, Titij vultur, rupesque Promethei,  
 Tres Furia, Harpyiæque forent, & Tartara egena.

*Patri  
 Cubo-  
 sama.  
 succedat  
 xo  
 genus.*

Dum Iouis inferni regnum Cubo fama subibat;  
 Iam patris diadema sui Xogonus habebat;  
 Utque deum manes, infelicemque parentis  
 Cædibus, & magnis effusi sanguinis ymbra  
 Placaret pateris, regnique exordia lætis  
 Sumeret auspicijs; sceptrique insigne superbum,  
 Ardet, & indomita iubet implacabilis ira  
 Seruentur mandata patris; tunc grandior igni,  
 Bonzorūque odijs patuit locus; omnia latè  
 Christiadam, gentesque piæ crudelia vestri  
 O flammæ, durique enses in iura vocantur?  
 Cum regis meliora noui, regnique vicissim  
 Mutati sperare licet; tunc ferrea surgunt  
 Tēpora, tunc grauiora manent; tūc prima tyrānus  
 Efferus hæc sceptris dat fundamenta futuris.  
 Nec pudet insanum quod se regnante la cessat  
 Tēpestas tanta infantes; adiungere pænas  
 Intentat, patrisque addit cruciatibus heres;  
 Et quos non belli factis, non pace gerendis  
 Impius æquabat, furijs agitated iniquis,  
 Sic vititijs præstabat auos, feritate parentem.

*Muti  
 usvita  
 leschus  
 genera  
 lis soci  
 etatis,*

Hæc videt ab Romæ septena Mutius arce,  
 Mutius antiq. gentis Romana propago.  
 Principe quo primum condens gens aurea seclū,  
 Aeternum spondet lustris volentibus æuū;  
 Nec mirum est, veterum nam quis felicior illo,

Iesuadum



Iesuadum imperium terris extendit, & astris?  
 Hoc duce conscendit meritas Ignatius aras,  
 Xauerique decus, Borgaque ingentiâ facta  
 Templâ colunt, Gonsaga tibi solemnâ mittunt,  
 Et Kostcæ æthereos Polonia soluit honores.  
 Ille etiam extinctos lapponum in sinibus olim  
 Ioannem, Didactumque astris, Paulumq' sacrauit,  
 Et pia thura dedit, lacrisque insignibus auxit.  
 Is modo Brasiliçæ palmas, & facta cohortis  
 Clauigero memorat Patri, det poscit honorem  
 Diuinum, & tandem meritis altaria ponat.  
 Maeste Parens, diuûm nimium sæcunde? darêtur  
 Si tibi, quæ petimus longissima sæcula? nostrum  
 Quis foret Indigetum numerus! maiora paterent  
 Templâ, locusque aris, simulachris ara deesset.  
 Hæc astris: nec terræ vnquam te regna minorê  
 Accepere; tuis vexillum Andradius heros  
 Extulit auspicijs, perque inuia regna Tibeti  
 Intrauit, cæloque vrbes cum rege subegit.  
 Nec non & terræ steriles, atque arua Potentis  
 Infæcunda olim, te nunc cultore feraces  
 Promittunt messes, felix quas dextra Casellæ  
 Mandauit sulcis, cęlestique amne Ioannes  
 Irrigat, & falcem iam nunc supponit aristis.  
 Te quoque Seltanum primo ductore reductum  
 Vidimus, Ignatique acie, baculoque potentis  
 Alfonsi, Almeidaæ verbis, & robore Rasci,  
 Ethiopasque, Tigresq' suos, Gallasque rebelles  
 Ad sacra Romani Patris mandata trahentem.  
 Nec minus & Sinę te ditia regna parentem  
 Agnouere, vident quales super æthera palmas  
 Terrarû

Cuius  
 in gu-  
 bernâ-  
 do feli-  
 citas.

Diui  
 qui eo  
 regnâ-  
 te con-  
 secran-  
 tur.

Studet  
 gentiû  
 cõuer-  
 sioni.

Potē-  
 tis ar-  
 ua.

Aethi-  
 opia

Terrarum victor pelagique remensor aquarum  
 Palmerus referat, Sinamque attollat in astra?  
 Sed qualis, quantusque pius Iapponis in oras  
 Vittellefcus ades? Gallus, Germanus, Iberus,  
 Lyfiadæque, Italique õnes, cūq; India, & orbis  
 Cum totus sit cura tui, Iapponica nunquam  
 Excidit ex animo clades, semperque videris  
 Romæ inter plausus, tractas audire catenas,  
 Flammarum ingentes crepitus, ictusque catanæ,  
 Et fidci exitium regem furiale minantem.  
 Tutari auxilio socios, vimque addere fessis  
 Ut posses, columeque dates, in iura Paceci  
 Iesuadas, quotquot magno in Iapponce laterēt,  
 Ire iubes; effusa vt tempestate labantes  
 Francisci suffulta humeris, Prouincia gressus  
 Contineat, firmetque gradus; tenerūque parētis  
 Ad pectus caput adclinat, respiret, & auras  
 Fessā trahat, gremioque artus afflicta reponat.  
 Ergo Patris huc verte animos Muti inclyte? blādos  
 Huc etiam conuerte oculos, & conspice quantus  
 Scepra regat, tractetque datas Paciecus habenas.

*Fit Paciecus ab episcopo valentio Ecclesiæ Iapponen-*  
 Vix regni auguria, & primos attollere fasces  
 Magnanimi Ignati decus ingēs, inclyta proles  
 Cæperat, atque suos vix prima ad iara vocat;  
 Quando oneri se iungit onus, maioraque fortes  
 Fata humeros, grāde que petūt noua muniavires.  
 Præsul ab Europa, Lyfiæque ex vrbe profectus,  
 Oceano emenso, terraque Valentius oras  
 Intrarat, Sinæque vrbes, & testa Machai.  
 Nec mora, cum robur, validoq; è nomine fortes  
 Ostentare animos, generosaque pectora capiti

Non

Non illum gladij, non vnda obiecta, minaces  
 Non flammæ impediūt, cupit ire, aurasq; ratesq;  
 Explorat, tentatque aditus, atq; inuia regna  
 Iapponum superare, suumque ab cæde laporum  
 Defensare gregem, pectusque opponere flammis.  
 Sinæ stant contra felicia fata: morantur  
 Hunc sibi pastorem, ventosque, piasque carinas  
 In sua vota trahūt, contrariaque æquora tollūt;  
 Ille instat, contraque notos, fluctusque morātes  
 Sæpius ire parat, Iapponumq; ostia quærit,  
 Insihitque vijs, semper tamen irrita votis,  
 Semper inaccessos tentarunt linthea portus:  
 Ergo optata diu cum iam via nulla pateret,  
 Hanc tibi, iam cedens, Paciece Valentius omnem  
 Dat curam, absentemq; gregē tibi mādāt, amoris  
 Depositum, pignusque sui, reparare cruehtam  
 Ut eadem, sparsumque volis componere ouile.  
 Hæc te supremū expectāt, hoc te vocat ingens  
 Curarū pelagus? pænarum sceptrā? laborum  
 Imperium diues, rerum, & fulgoris egenum?  
 Tu ne cede oneri, firmo sed pectore acerba  
 Aggredere, atque animo dubijs ne defice rebus  
 Magne parēs, suppone humeros, gāudeq; per õnes  
 Ire noñe Alcide cæli super astra labores.

Ergo ingens subiit pondus, tenuitque ruentē  
 Iapponem, Christi q; fidē, ceu maximus Atlas  
 Sustinet cælum, & nutantia sidera firmet.  
 Quid memorem fracti bello, pænisq; subacti  
 Quod robur, quantosque nouo ductore manipli  
 Concepere animos? qualis depressa malorum  
 Pondere læta caput claro Iapponia cælo

Extulit

sis gra-  
 bernæ  
 cor.

Com-  
 pra-  
 tio.



Extulit, & quanto deterfit lumina fletu!  
 Hoc duce quot palmis, quantisq̄ euecta trophæis  
 Exultat, qualisq̄ enses contemnit, & ignes!  
 India non vnquam tantum est elata Pacci  
 Ense sui, magno quanuis Edoardus in orbe  
 Fulguret, & lauros vitæ cum mensibus æquet.

Principio sedem stabilem, populisque regedis  
 Opportunâ, hominesq̄ habilẽ seruare latebris,  
 Limiades tot regna inter, totq̄ oppida, & vrbes  
 Perquiri, placet ante alias fidiſſima semper  
 Gens Cofinocæi, minus hîc furiosa tyranni  
 Imperia, immanes gladij, flammæq̄ nocebant.  
 Hîc sibi secretosque lares, habitandaque tecta  
 Constituit, causisque locum delegit habendis,  
 In dubijs vt certa daret responsa petenti,  
 Audiret, regeretque suos, & iura doceret.  
 Huc Bungi innumera gentes, quique arua Firandi  
 Lata colunt; hûc Tamba, Figen, Faxima, Miacus  
 Conueniunt, Omijque vrbes, populique Macusæ;  
 Huc fontes qui Iaga tuos, qui flumina potant  
 Oari, lataque habitant in valle Curames;  
 Quique Omurâ, Fingûq̄ tenêt, quos Arima felix,  
 Et quos Namgati læto tulit vbere tellus;  
 Quique Amanguci montes, collesque supinos  
 Ascendunt, quos bella diu, quosque arma Cerûgæ  
 Dura tenent; toto descendit culmine Nara,  
 Qua Xaquæ templum infanum, maiorq̄ Colosse  
 Effigies, aræque gemit sub pondere tellus;  
 Non desunt qui fida tuos Congoxuma campos  
 Inuertunt raſtris, & te Saxuma superbis  
 Qui populis, magnisq̄ auctâ centû vrbibus ornât  
 Huc

Huc quoque regali properat Briffonus Ijendo,  
 Obami fluxere acies; venit alta Fucunus  
 Socamique, Gotique patres, & clara Fitides;  
 Atque alios, aliosque omni ab Iappone videres  
 Confluere, & populis sub noctem vndare penates  
 Delphica non tantas olim cortina trahebat  
 Commotas ab sede vrbes, nec certior vnquam  
 Reddidit obscuris oracula Phæbus in antris.

Quattuor hic totos ductor Limeius annos

Impositum tractabat onus, contraque superbos  
 Xoguni motus, irasque audentior ibat;  
 Ac velut euerfæ puppis bonus arbiter, vndis  
 Quam premit infolitis, & turbine versat Orion,  
 Assurgit, tollitque animos, clauoque fideli  
 Incumbens, vario flexu declinat aquarum  
 Pondera, vela legit, tonitrusque, ignesq. trifalcos  
 Despicit, & pelagi, cælique obnititur iræ;  
 Sic pater aduersis cum fluctibus ira tyranni  
 Vinceret, & Christi geminatis ictibus anceps  
 Imperium pulsaret hyems, obsistit, & vrget  
 Hinc clauū, ide manus validū premit altera remū;  
 Vix quicquam pelagique minæ, ventique sedebāt,  
 Christiadum cum fessa ratis, sub prælide tanto  
 Ibat orans, fluctusque atros inuicta resectis  
 Sulcabat velis, fideique potentibus armis;  
 Inuenere viam tunc fata aduersa: Paccō  
 Inuidet, & velis bellum mouet aura secundis.

Namque vbi fumantes Vngæi montis in auras  
 Surgit apex, piccasque mouet torren tibus vndas,  
 Infernasque aperit fauces; vocat omne Fotoquā  
 Confusum, Camiosque Erēbi Xaqua excitat ātris.

Conueniant

Cōpa-  
 ratio.

Inmō-  
 te vn-  
 gæo de  
 Pacie  
 co com

*prehē  
dendo  
Iappo  
num  
dij cō-  
sultāt.*

Conueniunt vmbrae informes, Abagon, & Vllō;  
 Chrifonos, primusque nigræ ferruginis author  
 Ferrenus, Borcandus, Auon, Taricanta, Faredos;  
 Roncharonque loquax, nasoq; immanis Abeno,  
 Et Tiffon, fumique parens Fumafus, & Vftoa;  
 Hūc quoque Curuaflus, gibbum qui tergoe mōtis  
 Instar habet, mentoque solum propiore salutat;  
 Hīc & Achamonus cui centum ingentia samāt  
 Tempa aris, Chromiusq; fōcis, & thure superbus,  
 Atque Oros, toruusq; Fenus, tristisque Nifranus,  
 Crinibus hirsuti, furuisque in vestibis adsunt.  
 Venit Onolinus, cui se Bonzaius addit,  
 Nominis ille author Bonzani, & gentis origō,  
 Tuque Varellaſi, cuius se dextra Varellas  
 Prima solo fundasse sacras, & cantica iactat,  
 Atque preces, ritusque deum docuisse priores.  
 Huic comes horrenti concretus frigore corpus  
 Hæret Achus, tristisque Monos, & pallidus Iro,  
 Iro senex, longoque artus cōtactus amictu,  
 Quo nidum, & centum posuere cubilia mures,  
 Horribilesque alij properant; ornata colubris  
 Colla, humerosq; gerūt, rigidis hirsuta Ceraſtis  
 Barba riget, sulphurq; oculis, flāmæ ore relucēt.  
 Sic postquam ignitis excepit sedibus omnes,  
 Rex Xaqua, horrēdum sonuerunt gurgite fluctus  
 Sulphurei, timuere orni, rupesque vetustæ  
 Conuentum, & rigidi fugerunt valle Leones;  
 Tunc nemorum dū cūcta silent, rex ipse tremēdo  
 Sic ferus è folio miserandis vocibus inquit.

Heu Lyſiam in ſclam? & regnis cōtraria noſtris  
 Regna Tagi: felix nimium Iapponia Luſi

*Si nunquam*



Si nunquam nostrum tetigissent carbasa littus.  
 Quid tibi nobiscum est, nostri fax prima laboris  
 Xauseri? nosque, o nunquam delebile semen  
 Vellelae, Cosmique genus, tot lustra, tot annos  
 Sic iuvat infectare? iuvat deperdere honores  
 Valignane meos? atque hos è sede paterna  
 Pellere, & externum templis superaddere numen?  
 Sic factum: tumulis iam nunc requiescite, vobis  
 In Xaquã scelus omne licet, miserosque fotoques;  
 Nam postquam è busto, vestrisq. ex ossibus audax  
 Est ortus Paciecus, cunct nostra omnia late  
 In præceps, vastisque ruunt deiectaruinis.  
 At vos o Camij? vos, numina pigra, Fotoques  
 Ocia tanta iuuant? miseri non cernitis, vt iam  
 Nil ritus patrij superest, nullusque Varelis  
 Sacratís celebratur honos, non cæsa recumbit  
 Hostia, nona festis altaria dia coronis  
 Circundât, non vitta ædes, non frondibus ornât,  
 Non epulæ, victusque manent, non gloria Bôzos;  
 Quid nobis superi restat? lex vana triumphat;  
 At nos indecores somno torpemus inertí,  
 Omnibus eiecti templis, atque omnibus aris.  
 Post regis Cubosamæ iras, atque aspera nati  
 Xoguni imperia, & pænæ genus omne, Pæcecus  
 Regnat, regnet quãdo hæc vos nil cura remordet.  
 Lætus ego patriosque lares, nostrique Sionis  
 Tempa adeã, nõ me, sed vos labor iste grauabit.  
 Hæc ait, & montis ferit ardua culmina scepro  
 Cum lachrymis, & triste gemês obmurmurat ore,  
 Tunc vulgi motus, anceps sententia, ferueat,  
 Dissensuque alitur rumor, sed grandior annis

Atque habitu, fumoque, sopori feroq. galero  
 Horrendus, passuque grauis de sede Foroquus  
 Roncharō, baculo assurgens, longūm excreat alta  
 Cum tussi, ac regem sic tandem affatur amicū.  
 Parce metu obscuri spes o fidissima regni,  
 Umbrarumque decus Xaqua? obliuiscere gentes  
 Antiquæ patriæ, obliuiscere templa Sionis,  
 Noster eris, nec Xaqua tuos mutabis amores.  
 Namq. tuo iactant si se regna alta Sionis,  
 Ex ortu, celebratque aris gens patria honores,  
 Iapponum tibi, rex superum, nō regna minores  
 Persoluent, præsensque nefas deuota piabunt  
 Christiadum tercentum animis; opponere cōtra  
 Non se Xaueri dextra imperiosa, nec vllus  
 Se Valignanus, non Organtinius vltra  
 Audebit, non Cosmus habet tot corde furores,  
 Cuncti umbræ exiles, & vitæ lumine casti.  
 Quique alijs peior, cunctisque audacior vnus  
 Nos regno, & patrijs tentat depellere templis  
 Limaus, meritas soluet rex optime pænas.  
 Namque ferox animi, & tales mihi natus ad vsus  
 Est miles (Diuique precor seruate per annos)  
 Chusamonus, Christo in sensus, mūdique profūdi  
 Certus amor, fraudisq. potēs innectere quidquid  
 Sive homines, seu magni audēt componere diui;  
 Alecto nutrice dolos, artemque nocendi  
 Edidicit, simulare fidem, technasque paratas  
 Protegere, & læto mortem prætere vultu.  
 Is Ly sium audacem, sociosque in vincula tandem  
 Immittet, compefca animi rex magne dolores.  
 Assensere omnes, cunctique hinc, inde profanas  
Porrexere

Portexere manus, vultu rex Xaqua fluentes  
 Deterfit lachrymas, læto & clamore Paccetum  
 Chufamono mandamus, ait, sic curia Divum  
 Hæc ingens, sanctusque iubet, sancitque senatus;  
 Tuq' operâ da magne senex Roncharon, in hoste  
 Ut tuus insurgat miles, ne tempora lentus  
 Differat, in nostras Lylium, sociosq' carenas  
 Detrudat, patriaque ingens tellure repellat  
 Dedecus, & nostris accedat cladibus ultor.

Si faciat, laudes illum, & spolia ampla manebunt,  
 Nâ bene apud memores curâ hæc, & facta reponet.  
 Hæc postquam firmata manent, evanuit omnis

Nigra cohors; phæbo cum redeunte, recedit  
 Montibus ex altis cornuorum exercitus ingens,  
 Antiquum ad partem, lacereque cadauera prædæ

Hinc mille insidiæ, bellûque immane Paccet

Exortû, fraudisque õnes, quas monte Fotoquû

Vngæo iurata cohors prædixerat, artes.

Non ultra Lysio fas est latuisse tyrannos,

Non habitus, non sylvæ illum, solitæ ve domorû

Servarunt latebræ occultum, pax nulla Tacaci,

Non Cofinocæi fiducia texit amoris.

Hic Barathro stimulatæ fidem de pectore sacrâ

Exuerat fax illa hominum, fax impia Auerni

Chufamonus, turpesque deos, & vana priorum

Sacra iterum, multos iam detestata per annos,

Induerat, Iudamque imis conceperat omnem

Pectoribus, similesque viro fabricauerat astus.

Inter Christiadas is magno nomine quondam

Floruerat, (sed fati ah vis inimica?) Paccet

Qui toties fidum comitem se ostenderat, hostem

Præstitit,

*Cõpa-  
ratio.*

*Chusa  
monus  
Pacie  
ci pro.  
ditor.*



Præstitit, abiciens vultuque, animoque pudorem;  
 Cumque Fide, humanæ fidei ius perfidus omne  
 Deposuit, non ille senis Röcharonis actus  
It furtis; vls maior agit; calcatis auribus  
 Chusamonū instimulat, magnæ sic prodidit arcis  
 Vincta auro Tarpæia fores, sicque impius auro  
 Threicius miserum Polydorum obtruncat; inausū  
 Crimen auaritiæ nullum est: his excitus alis,  
 Infanoque auri tandem compulsus amore  
 Chusamonus testis egreditur, noctisque per umbras  
 It tacitus, gressusque mouet, qua mænia, & vrbes  
 Clara Ximabaræ cælo fa stigia surgunt.  
 Hicque superba petens præfecti culmina Mōdi,  
 Ingentes portarum aditus, atque intima lætus  
 Ingreditur, solioque adstant sic incipit ore  
 O decus, & nostræ præses, spes vnica gentis,  
 Iesuadum exitium, Diuūmq; accerimus vltor;  
 Sis felix, pronamque meis da vocibus aurem;  
 Grande tibi, certumque fero dux Monde deorum  
 Consilium, quo fama poli vltra sydera, & vltra  
 Terrarum metas vigeat tua; persistet in æuum  
 A Eternū, & nostros decorent tua nomina fastes.  
 Si præses generose tuas peruenit ad aures  
 Paceci Lyfij nomen, qui præsidet aris  
 Christiadam, inter pres legis, summusq; sacrorū  
 Antistes, gentem hanc nostras ditione per vrbes  
 Qui regit, & tacitas populis dat rector habenas;  
 Hunc modo si nostris faueas conatibus, aula  
 Si facilis tanto nobis pro munere semper  
 Hæc pateat, largusque inopem si iuueris auro,  
 Ne dubita, prodam ipse lubens, per fædera sacri

Iurō Amidæ, iuroque mei per præsidis annōs,  
 Per caput hoc, de xtramque; suis latet ille tenebris;  
 Ad Cosinocæi turres, fraudisque, meique  
 Securus, fugiet nusquam, namque ipse notavi  
 Sæpe domum, comitesq' viri, nostrosq' penates  
 Ille adiit, mense accubuit, notissimus ore,  
 Atq' habitu, in laqueos veniet, fraudesq' paratas.  
 Ergo age Iapponum dux o' fortissime gentis,  
 Huc omnes conuerte iras, nec talia Monde  
 Nostra ante ora feras, magno succurre pudori,  
 Vre domos, absume artus, vasta omnia ferro,  
 Atque istis scelus infandum tandē abijce regnis.

Audijt, & folio Præses descendit eburno,  
 Amplectensque virum, læta sic voce profatur;  
 Te ne ego narrantem accipio, te vera ferentem  
 Chusamone? hæc nostras, hæc inquã lētus ad aures  
 Verba refers? fauceam poscis conatibus? omne  
 Præstabo auxilium, noctesque, diesque patebit  
 Anla tibi, facilesque aditus; his in super aurum,  
 Argentumque addam, patriam tibi de xtra redibit  
 A Ere grauis, totum hoc, totum pro munere regnū,  
 Hoc solium, sceptrumque darem, si dona fuisset  
 Hæc propria, & nostris Iappon seruiret habenis;  
 Sed te pro meritis spes non illudet inanis,  
 Dona equidē te magna manēt, queis prodiga regis  
 Xoguni, superūmq' manus tua facta rependent.  
 At patriæ Indigetes? præsentia numina? Diui  
 Antiquæ gentis? læta hæc mihi nuncia quantæ  
 Lætitiæ, quantique simul sunt causa doloris?  
 Cum vanum aspiciam vulgus, gentesq' profanas  
 Post hominem ligno affixū, post dogma scelestū

Ire omnes, dare terga deis, contemnere regum  
 Iussa: senem audacem nostras impunè per vrbes  
 Iura viris, legesque dare, & ferre omnia diuos?  
 Quæ regum est pietas? quæ tanta incuria Dairi?  
 Cur Bonzi tacere? duces cur tela, viriles  
 Cur acies torpere sinunt, & castra vagari?  
 Cum diuos, lapsumque suo de culmine cernant  
 Imperium, externosque viros regnare per vrbes  
 Nostrorum ferro, & perisulo sanguine partas?  
 Iuro deos scelerum ultores, patrumque meorum  
 Adiuro cineres, nostris me talia nunquam  
 Passurum regnis; rabidas super æquoris vndas  
 Ibo, ibo hospes, erit sola hæc mihi cura, scelestos  
 Perdere Lusiadas, nostrumque adiungere, quisquis  
 Hos sequitur, scelus expendet; à cæde calentes  
 Non patiar frigere rogos, ensesve coruscos,  
 Nec desueta sinam ferrugine hebescere tela.  
 Leraæam hanc Hydram sæcundo vulnere semper  
 Crescentem, semperque animos in cæde nouatè,  
 Alcidaæ in morem perstat dare pabula flammis.  
 Sed tantum irarum non hæc sibi tempora poscunt,  
 Tu potius noctem hanc mecum requiesce, paratæ  
 Sunt epulæ; non Chaina aberunt, stratûq; ministri  
 Consternent, quo membra viæ defessa labore  
 Optatos capiant somnos, & crastina primùm  
 Cum radijs Aurora suis detexerit orbem,  
 Ipse legam iuuenes, fulgentiaque arma, parabo  
 Ipse rates, ingens præda est, maria alta petemus;  
 At modo languenti cælo cadit ore Diana,  
 Iamque soporiferos distillant humida rores  
 Astra, thorosque vocat, somnusq; irrepit ocellis  
Sis



## LIBER TERTIVS.

51

Sis felix, facilemque tibi dent sydera noctem.  
 Dixerat, & famulis præeantibus ordine longo,  
 Exijt, inque aliud se se penetrale recepit.

F I N I S.

LIBRI TERTII

LIBRI QVARTI

ARGVMENTVM.

*Mondus de Pacieco comprehendendo cogitabū-  
 dus noctem ducit in somnem: luce prima cū  
 duobus alijs gubernatoribus, armata acie, &  
 proditore Chusamono nauigat Cosinocum:  
 ibi Paciecum cum Gaspare Sadamathao E-  
 iusdem Societatis Fratre, & Christianis plu-  
 rimis, comprehendunt, ē quibus tres decolla-  
 ri iubent, reliquos cum Pacieco deferūt Xi-  
 mabaxam, & carceribus includunt.*

D 4

LIBER



IX. noctem, & primos libarant  
 lumina somnos,  
 Cum placidam extemplo cura  
 importuna quietem  
 submonet, & tacita Mondū sub  
 nocte fatigat.

Ludit imaginibus mens ipsum illusa per umbras,  
 Mille animo secum species effingit, adire  
 Nunc cursu, veloxque putat clamare fugacem  
 Post hostem; prensare manu, vinculisque tenere;  
 Jam timet elapsū, cupidasque euadere prædā  
 Possē manus, timet egregij euanescere facti  
 Grande decus, posuisse moras iam pænitet, & se  
 Inculcat, nunc vana hospes mendacia falsus  
 Nunciet, insidijs ve pareat sibi damna veretur.  
 Et modo Xogni spondet sibi præmia regis,  
 Vel pænas, læthumque timet, nisi fata secundent  
 Hoc iter, inque suas Lusus det colla catenas;  
 Heu fugis? exclamat, fugis, an Paciece teneris?  
 Talis ad auroram superest labor; impia somnos  
 Lumina detrectant solitos, scelerisque parati  
 Supplicium exercent curæ; conuertitur omnem  
 In partem, leuat ora, caputque hinc, inde volutās  
 Erigitur plenus rabie, suspirat, anhelat,  
 Ac tandem fessos artus, & membra, resedit.  
 Sic alio, atque alio curarum voluitur æstu,  
 Sicque thoro variat, sic fluctuat ille, fæselo  
 Ceu pelago in magno, vento surgentibus undis  
 Iactetur, tristemque ferat sub remige noctem;  
 Nam curæ vltices magnæ in penetralibus aulae

*Cōpa-  
ratio.*

Nutritæ

Nutritæ associant dominos, interque superbum  
 Lecti aurum, roseumque ostrum cōponere nidos.  
 Nocte solent, circumque aures mussarè iacentum.

Ecce autem primæ Auroræ sub lumina, & ortus  
 Sera Quies tandem redimita papauere multo

Et teneros dea blanda ferens in vincula funes;  
 Aduenit, & fessum duro luctamine Mōdum  
 Aspergens ramo, dat circum tempora Lethen;  
 Atque artus prendit fessos, & lumina amica  
 Nube tegit, curasque abigit, somnosque reducit.  
 Iamque rotis clarum pulsabat Phæbus Olympum,  
 Et pacem cum nocte datam, fædusque labori  
 Ruperat, atque artes iterum, pensumque diurnū,  
 Innumerasque operum curas indixerat orbi.

Iam cultor repetebat agros, piscator in vndas  
 Ibat, oues pastor, lætique armenta bubulci  
 Ducebant, iam plaustra sonant, iam ferreus vrget  
 Aera faber, solitoque vijs vrbs ipsa tumultu  
 Constrepat, & vario plateæ clamore resultant.

Ipse tamen stratis Mondus resupinus in hæret,  
 Horrendo stertens somno, namque acrius illum *alecto*  
 Presserat, afflictosque artus sopor altus habebat. *Mon*

Non tulit hanc faciem ternarum prima sororum *dææ*  
 Alecto, ruit ignitis è sedibus, atramque *citæ*  
 Intorquens tædam, lecto supe rassistit ardens;  
 Inde caput quassans, & sibila multa frementem  
 Canitiem, voci obstantes post terga colubros  
 Reppulit, & Mondum rabidis sic vocibus vrget.

Siccine tranquillo, sic Monde ignaue sopore

Sæcla trahis? vigilat, miserā me in nostra Pacecus  
 Damna, iacet Mondus, somnoq' indulget inertis?

Scilicet,



Scilicet, ista tibi retulit mandata Fotoquum  
 Chufamo nus? proh Xaqua? tuis hē cladibus vltor  
 Quantus adest? heu ductor iners? exurge, ne fādā  
 Cur gentem hāc vltā pateris requiescere? sōnos  
 Rūpe, morasq; thori, sume arma, adiūge cōhortes,  
 Et celeres conscende rates, deperde Pacecum,  
 Hoc debetur adhuc nobis caput; ite feroces,  
 Tuq; duoque alij comites; nec plura, iacentem  
 Percutit, & valida m quassat per tempora tādā;  
 Olli somnum ingens rupit dōlor, ignea magnum  
 Tāda rogam cordi affixit; fremit arma, repente  
 Assurgit, testisque furit, tandemq; quiescit.  
 Ut cessit rabies, testō interiore fideles  
 Alloquitur famulos dictis, iubet arma parari  
 Plurima, florentesque acies, ternasque carinas  
 Remigio, ac velis aptent, cunctisque latenter  
 Imperat hęc fiant; secreta silentia semper  
 Prod:esse; insanumque nefas vulgare per auras,  
 Quid tentes; creuisse vmbri, magnumq; latebris  
 Consilium: Heu noctis quantū cupis impie? turpi  
 Nil tutum sceleri est: tegitur, semperque latere  
 Crimen amat: gaudet virtus formosa videri.  
 Impia crudeles celerant dum iussa ministri,  
 Nulla quies Mondo, currensque per ōnia præceps  
 Nil putat esse actum, dum quid sibi restat agēdū;  
 Egreditur testis, pelagique ad littora secum  
 Fert geminos sceptri comites, nam regna Tacaci  
 Tres æqua tunc forte duces ditione regebant,  
 Pro rege absentī, Mondus, Misamonus, & Altes,  
 Tres Batatiri furia, quorum præstantior auro  
 Mondus erat, famulisque potēs, & crimine major.

Ventum

Ventū erat ad littus, toruo cū lumine Mondus  
 Magna, ait, o socij vrget res, mora parua periclo  
 Est grandi, celeres primi conscendite naues;  
 Non vacat hīc nōstri cursus disquirere causas,  
 Dicam alibi, comites facti non esse pigebit  
 Vos tanti, properate gradum; vix dixit, vterque  
 Conscendunt, iungitque idem vestigia lætus.  
 Inde alij subeunt, ardet prior ire, per omnes  
 Irruere, inque ratem saltu se se arduus infert  
 Proditor, insultans que alta de puppe trophæum  
 Victrici attollit dextra, subiere trecenti  
 Experti bello Iuuenes, Sēsiphēnus, Iemon  
 Atq̄ Siphō, Sezenus, Achō, Mathimonus, & astus  
 Inuentor, scelerumque ingēs fabricator Afōdus,  
 Nec se disparibus miscet Frontonius armis,  
 Acroni veteris proles, quem Rosnus, & Ales  
 Associant, pluma insignes, atque ære decori;  
 Ponē ferox sequitur Franus, cui sæua cruore  
 Dextra mader patrio, matrisque, & cæde sororis  
 Exundat, fratrisque furit per colla Nugali;  
 Grande domo exitium, & cognati sāguinis hostis.  
 Nec non irradians clypeo, galeaque comanti  
 Glaius egreditur ductor, cui robore dextra  
 Insignis, magnæque artes in bella; feroces  
 Incedunt Bronusque parens, natusque Timōdus  
 Atq̄ Atto, atq̄ Senos, atq̄ ardēs cæde Triphinus.  
 Currit & Hibales, iuuenum fortissimus vrbe  
 Qui fuit in tanta, cui se non obuia ferret  
 Armato generosa acies, tot vulnera lato  
 Edidit ense ferox, tanto se funere iactat.  
 It quoque Densamonus, clarū qui sanguine Mōdū  
 Attingit

Attingit patrio, it Zonus, Granassus, & Imon,  
 Brenusque, Sinifesque ambo, quantusq; per vrbe  
 Riualis, & quantus adest sicarius, audaxque  
 Impostor, mixtoque furit listore satelles,  
 Hi ferro cuncti splendent, seu læthifer arcus,  
 Sanguineæque humeris hastæ, seu fistula pendet  
 Aerea, sulphureis flammis grauidata, liquatum  
 Ingenti strepitu plumbum paritura per auras.  
 Ast alijs sæuæ patrio de more catanæ  
 Horrificant, rigidusque manus exasperat ensis.  
 Proh viles animæ? nimiumque ignaua nocentū  
 Concilia: o semper timidum scelus? armat in vnū  
 Tot gētes, totq; arma caput dux Mōdus, in vrbes  
 Ceu bellum inferret, vel castra in fensa subiret.  
 Vt pelagus tenuere rates, nec conscius ire  
 Nuncius ad Lysium poterat; quo sine moueret,  
 Occultasque viæ causas cognoscere Mondus  
 Dat tandem socijs; optata in vincla Pacecum,  
 Christiadae gentis patrem, magnumque deorū,  
 Exitium, regni pestem, furiamque, trahendum;  
 Atque vt digna pijs aspirent omnia votis,  
 Chusamono soluant grates, Camiosque precētur,  
 Dent lætos ratibus ventos, atque æ quora placēt.  
 Hæc vbi dicta hilares circūm dant cornua cantus,  
 Dant litui, plausere acies, genuere carinæ  
 Sub pedibus, plausumque ferūt ad littora fluctus,  
 Duri etiam venti scelerata in carbasia blande  
 Adspirant, nec duri vndas impellere remi  
 Erubuere, silet mare, splendent sydera, puppes  
 Rectam iater fluctus credas, celeremque sagittam  
 Assimilare; fauet quid non tibi Monde? sed istud,  
Non



Non fauor, ira est; qua citius te perdere ad vnū  
 Conspirant venti, remi, mare, sydera, puppes.

At bonus interea curarum fluctuat vndis

Limiaes, secum tacita dum mente volutat,  
 Quo se Chusamoni tandem hæc absentia vertat  
 Quidnā iter hoc, cursuq; parēt? quid querat & vibē  
 Quid ne Ximabaram contendat perfidus, an se,  
 Iesuadaeque, gregēq; Dei Mōdo imprebus omnē  
 Detulerit, latebrasque sero patefecerit hosti?  
 Ergo artesque, dolosq; viri præsentit, & alta  
 Sollicitat sub nocte Deum, magnamque Parētem  
 Implorat, superosque, sināt neu perdere gentē  
 Christadam; seruentq; fidē, vnū se hostibus, vnū  
 Dent letho, reliquos supera tutentur ab arce.

Sic noctē vrgebat lachrymis, precibusq; trahebat.

Vix hæc, cum celeres tenuerūt littora puppes,

Expositæque acies pagum obsedere corona.

Tunc Mondus ruit ante alios truculentior omnes,

Impellitque aditus, tentat tabulata, domorum

Rimatur latebras, vestigatque intima tecta;

Sedulus vt multo cum legērit arua molosso

Venator, iam certa tenens vestigia cerui

Aereas inter rupes, & saxa latentis,

Insistit, foneasque intrat, rupisque meatus

Inspicit, & syluas indagine fessus oberrat.

Talis erat species Mondī, sic milite sæuo

Explorans tectum omne furit, prædamque petitā

At vidit, propere inuadens, defixus in heret

Colla super, Lyfijque artus; ceu toruus ab alta

Cum sylua, campisque fremens se totus in agrum

Fert lupus infontem, rabie; cui cæca furenti,

Atque

Cōpā.  
ratio.

Cōpā.  
ratio.

Atque fames rigidis exertant dentibus ora;  
 Inde manu feriens, eadem mucrone minatur,  
 Et faceret, ni alij accurrât, ictusque retardent.  
 Ferrum abdit, sed voce ferit; clamatque scelestû  
 O ductor? Barathrique imis è faucibus ortum  
 Iapponi, Lyfiæque nefas, fæcunde repertor  
 Technarum, totiesque habitus, totiesque locorû  
 Mutator, iam nulla tui fallacia, nullæ  
 Præstigiæ ve, doli ve, meas ars nulla catenas  
 Illudet, cupis hanc Protheu variare figuram?  
 Sic ne sub immotis præsepibus, vt mala tactu  
 Vipera te abscondis? coluber consuetus in vmbra  
 Pestem inferre gregi, bobusque aspergere virus?  
 E latebris tandem extractus Paciece teneris  
 Hac dextra, nunquam effugies, desiste moueri  
 Mercator, quæ sita diu commercia reddam.  
 Sed mihi quas superi grates? quæ dona repêdēt  
 Vngæi proceres? tanto pro munere princeps  
 Quæ nobis Xogune dabis? quæ digna sequentur  
 Præmia? tam multos præda expectata per annos  
 Decidit in casses, inque hæc tua retia venit.  
 Expugnat sic cuncta labor; non irritus illi  
 Conatus, vicere lacus, rabidumq; Barathri  
 Cuostodem Herculei traxere in vincla labores.  
 Nec minus accensi tanto Misamonus, & Altes  
 Successu exultant; charisque amplexibus arctant  
 Chufamonum, socialque acies, victricia cuncti  
 Tempora circumdânt ramis, palmamque triumphî  
 Dant Mondo, tu victor io? tu prima Fotoquum  
 Gloria, proclamant, nostri tu maximus æui  
 Ductor eris, spondet sacros tibi Dairus honores,  
Mansurasque

Manfurasque tibi Iapponia confecrat aras.

Hinc iterū tentare domos, cunctasque latebras

Inspicere, obscurosque locos penetrare, latētē

Lyfiadæ comitem tūc Sadamathæa tenebris

Aspiciunt, feriuntque humeros, & cana iacentis

Ora senis, dantque inde manus, & colla catenis;

Rinxæumq; addūt, quo nunquam Doiucus alter,

Vel sermone fuit melior, vel clarior actis.

Inde hilares prædam ingentem deducere ad oras

Contendant, celeresq; mouēt ad littora gressus;

Tunc quoque Christiadū cōcurrūt vndiq; gētes,

Imbelles nuptæ, puerique, atque ægra senectus

Mista viris, passim effusi post terga sequuntur

Cum lachrymis, vincitq; pedes, atq; ora Magistri

Ante sui, magnos deducunt pectore questus;

Quos vbi captiuum circum deflere parentem

Tergemini videre duces, ingentibus ardent

Acti odijs, sæuosque animis hausere furores;

Nec mora, principibus circundant colla catenis,

Constringūt post terga manus, rabidæq; cohorti

Committunt, vigilique iubent custode teneri.

Nec vinclis vesana fames saturata nocendi

Placauit rabiem, læuo stat corde cruenta

Cardē feros satiare enses, respergere pagum

Sanguine, & horricos populis inferre timores.

Ergo suis, acuant scelerata in vulnera ferrum

Imperitant, dextrasque parent, Christiqliētes

Dēt ternos gladio, & numerū cū nauibus æquent;

Haud secus, ac iussi faciunt, totidemque sub ense

Compellant, magni teneant quod iura Paceci,

Obseruent, tradantque alijs, quod Dia Tonantis

Iussa

*Iugis-*

*latur*

*Chris-*

*tiani;*

*tres*



Iussa colant, nec vana Deum præcepta capessat.  
 Ast ubi magnanimi Simeon, Quie monus, Aquita  
 Insignes pietate viri, tria pectora celo  
 Debita, cognorunt, se tanta in fata vocari,  
 Se signari oculis, vultus non gaudia mutant;  
 Non tardo venire gradu, non lumina fletu  
 Dedecorant, humiles ve trahunt è corde querelas;  
 In medium progressi alacres se quisquis ad aram  
 Prouoluit, non tela timent, non damna catanæ;  
 Quin & vinclosum depressas pondere Cælo  
 Attollunt cum voce manus, traduntque paratam  
 Cervicem, gladiumque, ictusque, & vulnera poscunt.  
 Annuit, & rabido furibundus corde fatelles,  
 Mucroni ingentes dissoluit feruidus iras,  
 Vulnificam attollit dextram, truncataque ferre  
 Ora solo, abscissi que artus luctantur arenâ.  
 Accurrunt puerique orbi, viduæque maritis  
 Vxores, gemituque polum, terramque mouentes;  
 Colla loco, & tepidis cervicibus ora reponunt.  
 Vix illæ extremam cæcorum in morte legebant  
 Ore animâ, & tremulis claudebant lumina palmis;  
 Cum miles, licitorque ipsas diuellere certant  
 Coniugibus, longe exturbant, & corpora nodis  
 Adstringunt, ducique iubent, vinculisque teneri.  
 Hinc iterum in cæfos, defunctaque corpora diu  
 Inuecti, lacerant artus, & sacra per oras  
 Colla trahunt, raptimque maris super æquora mittunt;  
 Heu! fluitant artus, it cælica gaza per vndas.  
 Sensit, & elata Siren caput extulit vnda,  
 Indignansque virum crudelia fata, scelestos  
 Arguit, & tales lachrymans dedit ore querelas.

Sire-  
 nis cæ-  
 tus.

Impia

Impia gens? terris cur inuidiosa suorum  
 Mēbra sinu excipere, ac tumulo mādare paterno,  
 Et seruare decus, nomenque, atq' ossa negasti?  
 Proh demens? quæ tanta animis infania? calū  
 His aperis, terramque negas? pugnancia factis  
 Cerno tuis, eadem nunc das, nunc tollis honores,  
 An te sæua cohors cædis iam pænitet huius?  
 Atque maris vasto credis sub gurgite crimen  
 Abscondi, & multos præstare silentia pisces?  
 Si tacitas tumuli voces horrescis in æuum  
 Victuras, scriptumque nefas in marmore busti,  
 Major inest pelago sonitus; fusosque cruores  
 Nullæ undæ extinguet, scelus hoc nõ eluet õnis  
 Oceanus, quin ipse reos vos criminis huius  
 Arguet infectos testatus sanguine fluctus.  
 Dumque dies æstu, noctesque ad nota recurret  
 Iustora, præcisos artus, & pignora terris  
 Ostendet patrijs, raucoque in murmure dicet:  
 Prodigæ gens cædis, solius auaræ sepulchri.  
 Hæc ait, & Thetidi, Nymphisq' sororibus omne  
 Fert crimen, totoque ciet lamenta profundo.

Ast vbi Limæus conspexit funera ductor,

Crudelesque obitus, alienæ munera fortis  
 Inuidit, lachrymasque inter sic ora resoluit.  
 Fortunati omnes, non sic per tela, per enses,  
 Tergeminos memorant generosi Martis alūnos  
 Irrupisse animis, bullanti vt casside lymphas  
 Exciperent, tantisque emerent pro cædibus vnū  
 Regnatori haustum: (saperi, fit regia quanti  
 Vna sitis?) vobis maior victoria? non vos  
 Bethlemicos sarices, sed fido è corde cruores

## 66 PACIECIDOS.

Aethereo offertis regi, quos prodigus ille  
 Non temnes effundet humi, sed prouidus auro  
 Excipiet, stellisque vrna splendente recondet.  
 Felix? ab nimium felix? modo fundere vitam  
 Hoc ego si possem fatis, vobisque per astra  
 Ire comes, tantoque simul gaudere triumpho?  
 Dura acies, cur ista mihi, cur ianua laethi  
 Non patuit? prohi Monde alijs solum effere? nobis  
 Ignaue, imbellisque animi? destingue malignos  
 In me enses, cur tela negas o caedis auare?  
 Vos ego, vos socium fulgentia lumina, manes  
 Teltor in occasu vestro: me vocibus vllis  
 Non vnquam, lachrymis ve ista mernisse, nec astu  
 Crudelem veniam, atque ingratae munera lucis;  
 Ferrum oro, magnoque habeam pro munere ferrum.  
 Sic ait, & lachrymis manantibus ora repressit.

Labentem in luctus tunc Sadamathæus amantem  
 Excipit, & tantos solatur voce dolores;

Chare Deo, & superis iam nunc superaddita virtus,  
 Quid gemitus, quid verba moues? atatosque profundis  
 Incassum fletus: longi te vasta profundi  
 Arua manent, vrbesque aliae, grauioraque bella  
 Expectant, non fata Dei immutare precando  
 Præsumas, mortem ve optes accire morantem.  
 Parua, manu facili; turris generosa, ruina  
 Non quacumque cadit; tantus non deficit vna  
 Cæde animus: plures iam nunc Mors saeva pharetras,  
 Atque novos arcus nostra hæc in pectora quærit.  
 Mors grauior, quæ lenta venit: properantia nullos  
 Fulmina dant ictus, feriunt, vbi tarda morantur.  
 Hæc satis indultum ferro est; Deus impare gaudet  
 In numero;



In numero; hinc ternū gladius dat magne Paece,  
 Aque olim socijs, teque ipso ardente nouenum  
 Nangasagū ignes, fecundaque flamma repēdet.  
 Iamq̄ modo o Triados nunquā violabile nomen,  
 Terna tibi hęc capita, & ternas rex maxime diuū  
 Ecce tuas damus ante aras pro morte futura  
 Primitias, tu rite sacrum cape sanguine fœdus.  
 Hęc inter pelago ex alto dat buccina cantus,  
 Disturbatque moras omnes, & classibus austrōs  
 Nunciat in puppim latè aspirare vocatos.  
 Tunc cuncti petiere rates; raptimque Pacecum  
 Captiuas ductantem acies, nec dura catenæ  
 Vinclo recusantem, sed fletu, & voce petentem  
 Adduxerē; dolor nouus hinc, atque altā manentum  
 Vox cælum, terrasque ferit, pelagusque remugit  
 In longum, & toto fleuerant æquore Nymphæ.  
 At furibunda cohors nūc hos, nunc increpat illos,  
 Affixasque manus, atque oscula plurima, & arctos  
 Dissipat amplexus, te horum de matre reuellit  
 Infante m, e casta raptat consorte maritum,  
 Atque alios magnoque duci, claroque magistro  
 Hærentes, ferrum intendens clamoribus arcti,  
 Non potuit perferro moras Paciecus, & ipsos  
 Carnifices, Mondūque iurat; sacra agmina blādē  
 Amouet a plantis, vultū, precibusque repellit  
 Obstantes; nauem ascendit, vincloque sequitur  
 Inde acies; pelagi magnis de fœta periculis  
 It mater, fortesque viri, puerique, senesque,  
 Sarcinā nequaquam grauis accessura carinæ.  
 Iamque foros, remosq̄ inter per trāstra sedebāt  
 Cum reliqua ad naues certatim turbā rēbat.

Christi adun, patriam exosi, campique relictis  
 Immemores, simul ire placet, multisque querelis  
 Ipsæ iam matres, faciès quibus horrida quondam  
 Visa maris, puerique simul, pauidæque puellæ  
 Orabant similes primi transmitters cursus,  
 Tendebantque manus subeundæ puppis amore,  
 Ast insana cohors armis procul arceat arena,  
 Dissoluitque rates, plausuque, & voce frementi  
 Exultant, dant vela notis, dant cæcula remis.

Tûc desiderio, & lachrymis Franciscus obortis

Salve, ait, o tellus semper mihi grata? fideles  
 Vos latebræ, vosque afflictis firma anchora rebus,  
 Gens Cosinocæi, grândis mihi cura valete?  
 Dulces reliquix supero gratissimâ cælo  
 Pignora: quos veluti nutritrix studiosa, labores  
 Inter, & insidias, hostiliaque agmina foni  
 Sedulus, optatoque sinu tuli, & vbera pressi  
 Ad mea, supremum tandem mea cura valete.  
 Corpore cedo, animo nostro vos defero, & õnes  
 Vos mecû hac naui, flâmisque, & carcere habebõ;  
 Quæq; ego sum firmum toties expertus amorem,  
 Expendam, reddamque vicem, celebrabitur orbe  
 Vestra fides, dum terra rosas certabit, Olympus  
 Sydere, dum refugo Nerei circumdata ponto,  
 Ostendet sublime caput Iapponia terris.

Sic illû memoratè oculisq; animisq; sequuntur

Discipuli è terris, hi solo in littore, fletus  
 Ingeminant, superant alij fastigia rupis,  
 Et quanuis caligo maris, cælumque refusum  
 Impediant oculos, fugientia lintea visu  
 Dulce sequi, patriisque moras ex poscere ventis

Non

NON cēssant, celsaque ratē de rupe salutant.  
 Horum inter lachrymas, gemitus longæua Felinē,  
 Illa caput pagi, templique acerri ma custos,  
 Extulit; & tali remoratur voce carinas.

*Feli-  
nes pij,  
ques-  
tus.*

O prædatrices naues? o lintea cordi  
 Exoptata meo? o funes, animique catenæ?  
 Hanc senio excelsam, carie, rugisque vetustam  
 Cur fugistis anum? tot si rapuistis ad ignes,  
 Hæc sunt apta rogis arentia membra; minusque  
 Vos tenue hoc corpus, exanguia que ossa grauarēt.  
 Ergo iterum remos, velamque aduertite naues,  
 Atque horū, atque mei tandē miserescite, cūctos  
 Hinc ferte, aut Monde vnum nobis redde Paccū,  
 Redde, vel in lachrymas, tātosque effūdare æstus,  
 Naufragium vt possim sicca hac in rupe vereri.  
 Cui sacram dux magne aram, diuæque Parentis  
 Effigiem linquis? nos quis commissa fatentes  
 Audiet, & sacris pascet cerealibus? vndæ  
 Vos ego per tenues Zephyros, per mollia posco  
 Ocia, Sirenum per, vestra obliuia, cantus,  
 Per quod dulce mari est; precibus cōcedite, vel iā  
 Excipite hanc miseram, meque his exoluite dānis.  
 Sic ait, atque niues capitis nudata verendas  
 Aspergit lachrymis, & largo puluere sædat,  
 Nec cessat magnos sociorum incendere luctus,  
 Donec ab aspectu naues iam longius æquor  
 Abtulit, & multum nebulae suffudit ocellis.  
 Hic miseræ premit ora dolor, vix attrahit auras  
 Pectus hiāns, fesso quærit suspiria corde,  
 Deficiunt; quærit gemitus, vocesque; supersunt  
 Iam nullæ; lachrymas quærit, non inuenit; ergo,



Heu quid miror, ait, maneat si nulla doloris  
 Signa mei: nobis quod fata inuisa negarunt,  
 Hoc lachrymæ, gemitusque mei, vocesque, dolorque,  
 Promerueri, ratem simul ad sociare Pacei.

E contra plausum ingeminant, ternique triumphat  
 Prætores, iuuenumque manus, & nautica læto  
 Turba sono, choreisque vacant, nullique ferèdos  
 Mille iocos miscent, caprisque illudere certant.  
 Non adeo Heros Typhea naue per æquor  
 Exultasse reor, pretiosum vestibus agnum  
 Cùm traherent, flerètque inopes sua vellera Colchi,  
 Non tam læta olim redijt super æquora puppis  
 Thesea cum patrias reducem portauit Athenas,  
 Denictis Cretæ insidijs, tauroque biformi.  
 Nec minus æquoræ puppes crescentibus austris,  
 Cærule profcindunt rotis, & plurima pandunt  
 Lintea, pulsati feruent sub remige fluctus.  
 Utque Ximabaræ tenuerunt littora terræ,  
 Chriligenas septos armis, acieque tulerunt  
 Ad sedem, tristesque umbras, queis illa solebat  
 Vrbs fontes seruare reos, vinculisque tenere.  
 Hæc tamen infano visa est custodia Mondo  
 Apta fugæ, nec fida fatis, cui credat iniquum  
 Lusiadem: non ista, inquit, pallatia tanto  
 Hospite digna reor, turres, arcemque petamus,  
 Centum ubi sunt vestes, æternaque robora ferri  
 Ostia circumdât, non tot cecidisse labores  
 Incassum patiar, vestros non sedibus istis  
 O Camij: non Xaqua tuos committere honores  
 Auderem; contende Senos, i Frane, petamus.  
 Ergo illum, sociosque ambos, Petrumque, senèque.

Fert

Fert Sadamathæum, qua se fortissima tollit  
 Arx muro, cæloque caput vicina recondit.  
 Carcere tunc clausi, primaque in sede relicti  
 Christigenæ, vt socios, discedentemque parentē  
 Conspexere, trahunt gemitus, & pectore latē  
 Suspirāt, replentque domos, plateamque querelis,  
 Ceu teneri cum angusta agni intra septa reclusi,  
 Balatu reuocant matres; quas lactis auarus  
 Separat, inque aliud pastor deducit ouile,  
 Ast illæ retro passim ceruice reflexa,  
 Responsat gemitu natis, oculisque tenellos  
 Respiciunt, gressumq̄ mouēt, qua lumine toruo,  
 Latratuque canes, & contis rector adurget.

*Cōpa-  
ratio.*

Arcē vbi peruenit, septus subit agmine Mōdus  
 Sublimem ad turrē, sūmoq̄ in culmine ternos  
 Abscondit, solemque arcet, cæcatque fenestras,  
 Dat vigiles, datque arma loco, postesque reponit  
 A Eratos; nullumque sinant contingere limen  
 Christiadam de plebe iubet, sed cuncta teneri  
 Imperat, & vinctes, figique repagula portis,  
 Cernere ne quis eos, victum ve immittere possit.  
 Inde ferox animi metuenda voce Taqueam  
 Hortatur custodem arcis; iuuenilibus, inquit,  
 Magne senex opus est animis, vigilantior ipso  
 Esto Argo, Hesperidumq̄ astu devince draconē.  
 Namque tua prædam ingentem fidissime custos  
 Arce tenes, quæ iussa damus seruare memēto;  
 Sint quanuis austeræ; piæ, placidumque putabis,  
 Esse ista cum gēte ferum, non plectore magnum  
 Crede nefas, sæuæque deis cum morte piandum.  
 Idem Altes, seniorque iubet Misamon us, at albū

Ipse caputque, fidēque suam, Camiosq; Taquæ  
 Adiurans, dextramque leuans furiosus, ahenas  
 Has clauēs contestor, ait, ferrumque, magistris  
 Me fore perfidiæ durum magis, ærea namque  
 Corda, manusque mihi, non auxiliaribus istis  
 Est opus, hand tantæ præses virtutis egemus;  
 At maneat; iuuenumque licet sic tuta quiescāt  
 Cuncta armis, non ipse tamen, non Mōde labori  
 Concedam, cunctis adero; fidusque Taquæ  
 Est lateri Oblodus, cuius tremefacta superbo  
 Arx ipsa, & muri nutant cæmenta latrati;  
 Nulli homines, se nulla acies opponere telis  
 Ausa fero, subdetque illi tria Cerberus ora.  
 Ite duces læti, vos hæc nil cura quietos  
 Solliciter, seruabo hostes, arcemque tenebo.  
 Atque illi responsa seni tam fida benigno  
 Gratantur vultu, & meritis sua præmia ponunt.  
 Ac tandem læti, perfecto munere, cuncti  
 Optatas petiere domos, fessique labore,  
 Dant epulis, somnoque artus, & corpora curant.  
 Hos vbi successus rerum, Lysiumque sub alto  
 Carcere ductorē, tenebrosa é nube Fotoques  
 Consipexere, hilares saltus, cantusque dedere;  
 Omnis io, clamant, discedat planctus, honores  
 Ara ferat? lætisque vacet frons nulla coronis?  
 Vicinus, O memori tandem exaudita piorum  
 Vota polo? curatis adhuc pia sidera terras.  
 Vngari quam dextra cadunt consolta senatus?  
 Chusamono ingentem palmā, Stygiæq; paludis  
 Intextam conchis, limoque, algaque palustri  
 Dat Xaqua, & vallum nigranti ex ilice sertum;

Ipse



Ipse inter proceres barbæ, capitisque totondit  
 Informem syluam, ipse habitus, & tristia liquit  
 Pallia, festinoque humeros ornauit amictu  
 Roncharon, baculum abiecit. sistroque sonanti  
 Primus inie cantus, choreasque educit in orbem.  
 Ast olli chlamyde oblonga, tarda que senecta  
 Genua labant, trahiturq. solo cum pōdere vasto,  
 Illum & labentem cuncti, & risere vocantem  
 Auxilio socios, cænoque, fimoque iacentem  
 Immundo, vestesque luto, barbamque trahētem,  
 A miser, & saltu disce insultare Pacæco.

FINIS.

LIBRI QVARTI.



LIBRI QVINTI  
ARGVMENTVM.

*Recluso in arce cum socijs Pacioco, in eandē  
vinctus perducitur P. Ioannes Baptista, corū  
Rector, qui de Societate in regno Tacaci ver-  
sabatur. Rinxeus in Societatem adscribitur;  
narrantur eorum facta, quibus custodes per-  
moti fidei Christianæ audiunt documenta:  
conuertitur vnus, alij & si fidem non audeāt  
profiteri, Paciocum tamen, & socios officio-  
se colunt.*

LIBER QVINTVS.



**N**VNC age deformes vmbas, atq̃  
antra Sibyllæ  
Qui quondam toties intrasti Del-  
phice, mecum  
Nunc precor horrentem hanc ar-  
cem, nunc carceris huius  
Angustos aditus, latebrosaque tecta parumper  
Ingredere, & vanos è corde expelle timores.  
Hic fidibus noua fama tuis, hic gloria plectro  
Nunquã aliàs concessa datur, nunc prodigus õnes  
Prome artis, citharæque modos, vocisque reflexæ  
Da cantus, & pande orbi spectacula de nris  
Parietibus, tectique huius de mersa tenebris;  
Quæque

Quæque patent superis, & quæ miratur ab astris  
 Defixo Deus obtutu, cognoscere Deli  
 Da terris, ecquid non alta silentia rumpis?  
 Audiat Eridanus facta hæc ingentia, cultor  
 Miretur Rhodani, Miriusque agnoscat, & Indus,  
 Corpora, non animos, vinciri: altamque Pacei  
 Virtutem, medias inter regnare catenas.

Ergo Franciscum, cui non sua Lyfia, & omnis  
 India, non Sinæ, cui non Iapponia, cuique  
 Non tellus, non vnda maris, non sufficit orbis,  
 Iam locus in media vallatum cratibus arce  
 Detinet angustus, pænis satis amplus, & ipsi  
 Grator, & Cyri longè spatiosior aula:

Vix ille obscurasque domos, metuendaq; cæta  
 Intrarat, magnus cum tota clamor in vrbe  
 Auditur, strepitusque sonant sub nocte profunda,  
 Gens excita graues depellit pectore somnos,  
 Accurrunt puerique leues, grauidique senecta  
 Ante fores stant inde senes, atque inde capillis  
 Incomptæ matres, cunctique cubile relinquunt,  
 Visendi elati studio, turbaque sonanti,  
 Vt venere, vident indigna sorte catenis

Oppressum, ferroque manus post terga reuinctu  
 Baptistam, quem sæua cohors, Bonzique nefandi  
 Arma inter, tristesque faces in vincla trahebant.  
 Ille arcem ingressus tædarum in luce Pacecum  
 Agnosceus, sociosque suos, pro talibus, inquit,  
 Quas grates rex magne poli tibi soluere dignas  
 Sufficiam: fallor: vel quæ me fata catenis  
 Diue parens iunxere tuis: proh dulcia nobis  
 Vincula: proh felix nimium lux illa, paternam

Quæ

Conij-  
 citur  
 in vin-  
 cula.  
 P. Ioa-  
 annes  
 Bap-  
 tista



Qua fugi Italiam, Brixanaque rura reliqui,  
 Illa etiam felix, dulces qua liquimus oras  
 Lufiadum, ditemque Indum, felicior illa,  
 Qua nos Iapponum venientes in sula quondam  
 Excepit, felix hæc iam magis omnibus una,  
 Qua nos vnus amor tandem coniunxit, & idem  
 Carcer habet iunctos, atque yltimus ignis habebit;  
 Limiades natum amplectens ter brachia circum  
 Dat collo, sicque inde refert; hic ne in clyte nate,  
 Hic te ego Baptistæ referentem vincla Ioannis  
 Conspicio: venias felix, tanti hospitis ipse  
 Aduentu, comitesque isti lætamur, & arces  
 Exultant, iam nosce tuos, Rinæius ille est,  
 Hic Sadamathæus, nostris Brixane periclis  
 Accedis, tantæque feres commercia palmæ.

*In so-* Audijt, atque oculis lachrymas, atq; ore ruborẽ  
*ciera-* Rinæus trahit ingentem, dum carcere, & isto  
*re ad* Dum se humilem, indignũq; loco, mistũq; beatæ  
*mitti* Iesuadum cernit genti, niuæque phalangi.  
*tur* Protinus è superis lapsam penitusque receptam  
*Pe-* Intus alit flammam, pectusque, caputq; decorũ  
*brus* Telluri adfusus, Lysium sic voce precatur.  
*Rin* Magne parens, cui scepra dedit Loiola per vrbes  
*xans* Iapponum, Socijsque probos adiungere, fontes  
 Abijcere, in reliquos ne se se aspergere virus  
 Incipiat, sanumque pecus contagia lædant.  
 Has ego per lachrymas, perq; immortalia magni  
 Xaueri te membra rogo, da magne rivali  
 Militiæ, adscribique tuis Paciæce maniplis;  
 Loiola posco patrem, posco agmina Ieli;  
 Non mihi degeneres animi, ne temæ paratas  
 In flammæ

In flammis, bellumque ingens me ferre sodalem;  
 Quod si tot latis quondam, rebusque secundis  
 Addere me socium, tecumque afferre solebas,  
 Cur modo me partem in inagnam, sortemque laborum  
 Vna ire optantem, lethumque subire volentem  
 Despicias? Franciscæ meis precor annue votis;  
 Est etiam hic iuuenis lucis contemptor, & omni  
 Sanguine qui, læthoque audet mercariæ istum,  
 Et nec sic bene credat emi, quo tædis, Olympum.  
 Talia Limiades memorantem, & digna petentem  
 Eleuat, amplexuque tenet, numeransque fuorum  
 Ordinibus, venias, inquit, fortissime miles,  
 Exiguamque manum votis ingentibus imple.  
 Non tales, non parui animos, non fortia pedam  
 Pectora Rinxi, nostro te nomine signo,  
 Iesuadamque sacro, nostrumque insignibus yltro,  
 Militiæque addo signis, & fortibus armis.  
 Dant circum socij amplexus, lætique sodalem  
 Excipiunt, tacitumque agitant sub nocte triumphum.  
 At ego nunc quales dura hac in sede labores  
 Pertulerim, magnosque adfusus, & facta sub auras  
 Efferrem, si tanta daret mihi fessus Apollo;  
 Singula complecti nequeo; tot fulgurat aëtris  
 Hoc cælum, & tantis laudum surgentibus vñdis  
 Obruimur, factum ex tantis quodcumque relinquam  
 Maius erit, sed summa legam, calamoque gementi  
 Parcā: illa.

Ergo Ximabare crudelis in arce Taqnea

Exercet rabiem inuinctos, atque omne catenis  
 Tormentum adhunc; minitās hinc, inde satellites  
 Stat gladijs, furit ore famēs, clamoribus aures

Surdescunt

Pacifi-  
 ci, & so-

ciom

facta

in car-

ceris.

Surdescunt, sunt nulla oculis cum nocte quietis  
 Inducie, dat strata solum durissima membris,  
 Et capiti inclemens dat pulvinaria robur.  
 His tamen in pænis virtus pulcherrima vires,  
 Occultosque animos haurit, ceu pondere palmæ  
 Imposito cū saxa premūt, tunc pulchrior arbor  
 Assurgit, ramosque hominum, Diūmq; triūphos  
 Ornatura leuat, fructusque, & brachia tollit.  
 Quid memorē qua sorte dies, quo ve ordine lunas  
 Prætereunt: qua lege solent componere curas:  
 Mane oculos cælo affigunt, latèque per horas  
 Ante Deum effusi lachrymis, cum supplice quæstu  
 Det cælum, faustamque suis vitam hostibus orant,  
 Nil graue, nil durum verbis, non probrâ retorquēt  
 Opprobrijs, sed mella flunt expressa labellis,  
 Os placidum, suaves oculi, blandusque seueræ  
 Frontis honos, & verba deum spirantia vanos  
 Componunt iuuenes, atque ora procacia frænât.  
 Est vna, atque eadem semper seruata, periculis  
 Mens, mūdoque animus major; spes fixa, vereri  
 Non hominem; non dāna, dei, sed, av (sa, tremēdi,  
 Atque poli monitus solum consueta timere.  
 Vix requiem tortor fessis dat, cum sua quisque  
 Corpora sic flagris cædit, ceu cum hoste proterus  
 Bella gerat, nec saua manus, nec verbera cessât,  
 Extremus donec spirans fugit halitus ore,  
 Dextris lora cadunt, & sanguine testa tubescunt.  
 Præterea afflictis nulla est industria rerum,  
 Non lecti, non vlla dapum, non veste tuendi  
 Corpora, sola artus crucianda est cura, modosq;  
 Mille sibi in panis mens est commenta laborum.



Vos quoque Francisci plante, vos scruped montis  
 O rubri tot saxa pedes, totque aspera dumis  
 Confraga, qui quondam fessi superastis? Olympo  
 Qui toties gressum, & vestigia tanta sacrastis;  
 Vt merito aeripedis vobis fama inclyta cedat  
 Palladij, subdatq; ne fuis Cyllenius alas?  
 Vos, inquam, has pœnas, atq; hæc inuêta tulistis,  
 Et cum tempus erat fessis requiescere, vinciant  
 Quando gradus, & tecta vias angusta negabant,  
 Durior, & solum ferus in sua damna Paecus  
 Vos nudat, sæuæque niui, cælique rigori  
 Exponit, cum brumâ ferox exasperat annum  
 Frigoribus; candentque albis tecta arua pruinis.  
 His longè grauiora cupit, veniantque minacés  
 Suspirat per membra enses, in colla bipennes  
 Descendât, in corda hastæ, pectusque catanæ  
 Diffindât, sitit vada immergi, atq; ignibus vrsis  
 Pro fidei titulis, & libertate suorum.  
 Hoc largo exposcit gemitu, fletusque profunde,  
 Sed lachrymis crudescit amor, viresque resubbit  
 Sopitas, vitreaæ cœu lymphæ aspergine crescit,  
 Attolitque animos, æsusque irascitur ignis.  
 Idem omnes simul ardor habet, seluosque furores  
 Custodû, viuasque neces, & quidquid acerbû est,  
 Exhaustere auidi, & læta sic fronte tulere,  
 Aeger vt exultat post longa incendia febris,  
 Cum videt impleri vitreis sibi pocula lymphis,  
 Atque ori impatiens sitibundò apponere fontes  
 Exardet, manibusque tenens se proluit ipsa  
 Crytallo, donec flamma est extincta medullis.  
 Hæc videt, & miseri frêdent regnator auerit  
 Ductorem

Cōpa-  
 ratio.

*Amor  
Cupido  
dineus*

Ductorem inuidtum, formidatamque Barathrō  
Oppugnare arcem, noctesque, diesque fatigat,  
Ut faciat, Venerem supplex exposcit, Amorem  
Ut mittat, certum his telis, dextraque Pacecum  
Deuinci, sociosque simul riderē cadentes;  
Annuit, & magni charum Ignipotens alūmnam  
Accelerat mater, pennasque, & tela ministrat  
Ignea, fulgentesque habitus, atque ora decorat.  
Protinus in somnis, media sub nocte iacenti  
Se Lysio dat cæcus Amor, per tempora myrto  
Crinitur Paphia, facie lasciuit, & ore  
Dulce rubet, blandeque oculos deiectus honestos  
Temperat inducto rosei velaminis auro.  
Alba cadens humero, multisque incensa pyropis  
It vestis, gemmisque linus irrugat Eois,  
Flagrantes volitant alæ, niueumque pharetræ  
Pendet ebur, fert læua arcus, fert dextra sagittas.  
Utque propinquauit, salue dux optime, salue  
Limiades, dixit, quid vincula dura? catenas  
Quid pateris? lætosque annos sub carcere perdis?  
Hæc potius cape dicta memor, nostrisque quiesce  
Consilijs, Paphiæque audi præcepta parentis.  
Te magnæ tædæ expectant, thalami que iugales,  
Si vanam de corde fidem, Romanaque linquis  
Iussa Patris, natam Mondus tibi seruat Helinam,  
Quam sibi Egeus ductor, quam Thaca Firandi  
Tonus amant, Omuraque petit formosus Afilles;  
Namq; oculis Phæbū obscurat, natat ore venustas  
Lactea, bella rosas dispergit gratia vultu;  
Cæsariemque impexam inter corda aurea pēdet,  
Atque oculi, vincitæq; manus, gaudentq; teneri.

Mille

Mille humeris flores, chlamydēq' nivalibus aptae  
 Auro intertextam, mediumque, imasq' per oras  
 Se diues late effundens micat India gemmis,  
 Insuper, & generis decus immortale, vetustos,  
 Lactat auos, proxuosq' ducū de sanguine cretos,  
 Atq' Bonū, atq' Anidā, primaq' ab origine regū  
 Innumeram sobolem, si vera est fama, recenset.  
 Da victas Franciscæ manus, hac arte potenti  
 Perdidit inuictos Sanson de vertice crines.  
 Quique tuum Goliathe manu truncaſſe ſuperbie  
 Grande caput, telo hoc cecidit, noſtraq' pharetra  
 Vicinus Alcidem, quem non Iunonius anguis,  
 Quem non mille fere, terni Geryonis arma,  
 Antæusque ferox, non ſaxa immania Cæci,  
 Non caſus domuere alij, non flamma Chimæra,  
 His periit flammis; telo hoc, atque arte ſubgi  
 Ipſe hominesq', Deosq', feras, & marmora, viacā  
 Te quoque, & inuictō non ſic pugnabis Amore.  
 Has poſtquam reſidēs Pacieci in pectore caſto  
 Accepit voces, indignūmque auribus hauſit  
 Mundities, cygnis, atque ipſis purior aſtris,  
 Exiit, & turpem verbis caſtigat Amorem,  
 Sæue Amor, & ſemper vanis Arge impie rebus  
 Cæce Deo, & ſacris talparum maxime iuſſis?  
 Proſice tela manu, penasque, atq' ora venuſta;  
 Quæ mentiris adhuc, iam iam deponere, Barathro  
 Te genitore ſatum, natumque a nocte profunda  
 Nouimus, hos habitus, mentitosq' exue vultus.  
 Non pudet effætamque ſenem, viresque labore  
 Exhaustam, iuuenum obſcænis inuadere curis?  
 Quem non florentis primæus corporis ardor,

Caſti-  
 tas re-  
 tundit  
 Amo-  
 rem  
 pidine  
 1110.



Nulla Vè nus, nullique thori flexere iuuentæ;  
 Hunc, quando iam sanguis hebet, nimioq' rigore  
 Membra iacēt, frigentq' effata in corpore vires,  
 His curis commune malum præueterere tentas?  
 Dumque times vigilam, sōno timidissime pressū  
 Aggrederis? sic parua cohors Pvgmæa laceffit  
 Sopitum Alcidem; sed non tibi Cypria lætos  
 Cantabit reditus, victoque ex heste triumphos,  
 Cum dormit Lysius, vigilat: mens cādida nunquā  
 Est oblita sui: nunquam generosa niualis  
 Castra pudicitia somnum agnouere: Pæceus  
 Est somno maier, medioque sopore triumphat.  
 Hæc ubi Mundities diuino ex ore resoluit,  
 Lemiadæ albentes dat circum tempora flores,  
 Atque super stratam manibus dat lilia plenis,  
 Insternitque domum castique in corda Pæcei  
 Labitur, atque sinns inter se Diua recondit.

Ast Amor in socios dextra indignante sagittas  
 Conuertit, speratque sibi meliora supremo  
 Incurfu, furit ille atrox, atque improbus ira  
 Virtutum radios vitiorum inuoluere fumo,  
 Atque auro sordes miscere, lutumque præina  
 Intentat, castique animis immaniter instat.  
 Illi autem contra plures in prælia vires,  
 Maioresque animos, inuictaque pectora casti  
 Sufficiant, turpique ferunt certamine palmas.  
 Cæcus ut incassum vidit celsisse laborem,  
 Utque remitti arcus sensit, penitusque sagittas  
 Extingui, & viduam vix iam superesse pharetrā,  
 Confugit ad plumas, pennata volamina pandit,  
 Perque arcem victus, tectumq' per omne sonoro  
 Cum

Cum strepitu reuolat, latebroſaq. limina Auerni  
 Aduolat infrendens, ceu cū iam luce propinqua  
 Triftis ad obſcuras fugiens it noctua ſedes.

*Cōpa-  
ratio*

Illum vbi non palma inſignē, nō fronde decorū  
 Laurigera, ſpolium non victo ex hoſte trahentē,  
 Sed fluxum, fractumque arcū, pharetrāq. ſagittis  
 Exhaustam vidit mater, lachrymantiaque ora,  
 Victus ait, ni fallor, ades mi nate Cupido,  
 Cede feris, lachrymasque puer depone, Cythèra  
 Nunquam ego, non myrti lucos, Cyprū veſubibo,  
 Hos mihi ni ſoluat caſus, & facta Pacecus;  
 Ite ſenes, duri chalybes, & neſcij amorum.  
 Dixit, & exacti natum in fortuna belli  
 Narrantē auſcultat; lachrymasq. abſtergit ocellis.

Hęc dum victores diuino Marte gerebant,  
 Egregij ſenſim tenebroſo in carcere mores,  
 Atque animi patuere faces, & neſcius vmbrae  
 Effulſit virtutis honos, rigor omnis, & omnes  
 Conceſſere minæ, ſtudia in contraria vertit  
 Se carcer, vigilesque animos poſuere feroces.  
 Iamq. Taquea minax, Niemon, Sezenus, Amatō,  
 Atque Siphon, toruusque Ollon, & ſæuus Iemon  
 Eſſe pares ſuperis memorant, quos ante rebelles  
 Xoguno, infidoſque deis, & monſtra vocabant  
 Eumenidum partu Barathri formata reſeſſu.  
 Non dictis parere negant, ſtant nutibus omnes  
 Propenſi, imperioque agiles, nec dona, nec vllū  
 Prætereunt genus officij, releuare dolentes,  
 Quo poſſint, triſtemque viris lenire laborem.  
 Sic homines mutare valent, ſic flectere ſenſus  
 Humanos exempla ſolent Ciræa, rigentes

Non rupes, aut saxa cauant tam molliter vnda,  
 Non chalybem indomitū duris fornacibus ignes  
 Acrius expugnant, rigidum non viribus ullis  
 Fortius hircini superant adamanta cruores,  
 Non adeo in tenues electrum regnat aristas,  
 Attrahit aut ferri pondus magnetica virtus;  
 Imperiosa mouent animos plus facta: profundi  
 Cede maris numen mulcens Delphinas Arion,  
 Vocalesque abrumpe fides, tuque abijce plectrū  
 Thebarum decus Amphion, ad mœnia cantu  
 Saxa licet, scopulosque feras è monte reuulsos;  
 Cede Orpheu, cithara quanuis te fama leones  
 Indomitos domuisse ferat, cantuque canoro  
 Extraxisse Erebi miserando è carcere manes;  
 Namque operi vox maior inest, & longius ille  
 Auditur sonus, hunc rupes, arbusta, feræque  
 Nouere, huic Barathri informes patuere recessus,  
 Vos ego, vos testor Rhodopœa è tigride natos,  
 Vile satellitium, iræque, rabiesque Taqueæ,  
 Vosque alij excubiæ, vos saxa immania, rupes,  
 Non homines, vestrumq; manus, atq; effera testor  
 Facta, reluctantesque olim sub corde furores.  
 At nunc iam molles animos, & cerea corda  
 Induti, Lysiumque senem, sociosque catena  
 Pro veteri, proque ære graui religastis amore  
 AËterno, & triplici viaxit Concordia nexu.

Hæc videt, & vigilum miratus facta Pæceus,  
 Iamq; alios animos, mutataq; pectora cernēs,  
 Vnà omnes vocat ad se se, dehinc talia fatur.  
 Obsequio o socij vestro persoluerè grates  
 Non opis est nostræ, quibus hac æde òniū egenis  
 Solum



Solum pœnarum, & dites licet esse laborum.  
 Gemma tamen fidei nobis manet vna: valore  
 Attalicas quæ vincit opes, Cræsi que potentis  
 Diuitias, damus hanc grati, ne temnite puris  
 Accipere illam animis, consortia nulla Fotoquæ  
 Hæc patitur, totūque animū sola occupat, omnes  
 Illa domos, mentisque aras Diua inclyta poscit.  
 Ergo loco cedant simulachra, è pectore Xaqua  
 Exeat, atque Amidā saxi date, mergite in vndis;  
 Vel mihi, si placeat, ferte hos, vt cæde futura  
 Ipse rogo socios addam, nam gratior illa,  
 Quæ dabit in cineres scelerata hæc mōstra, pyrarū est;  
 His tædis ardere iuuat, concedat in ignes  
 Fotoquum vesana cohors, qui fumea vobis  
 Nubila, feruentique oleo spumantia seruant  
 Tārtara, & æternos obscura in nocte caminos.  
 Fessa iugum colla excutiant, Christumque Parēti  
 AEquæum, sobolemque Dei, terræque iacentis  
 Authorem, & clarum stellarum agnoscite regem.  
 Qui genus humanum primæui labe parentis  
 Infectum, patriamque ferens ab origine culpam  
 Abluit, & crimen indigna morte redemit.  
 Cui non tantum aræ, non aurea templa, nec vlla  
 Thura placēt, homines quantū placere redēpti,  
 Hos poscit, manuumq; animas, opera alta suarū.  
 Huius ad imperium, solaque in voce Barathi  
 Terga acies vertūt, iterumque it vita per artus  
 Exanimés, morbi aufugiant, dat lingula voces  
 Infantum, claudi imbelles vestigia firmant,  
 Atque faces extinctæ oculos, auresque reuisit  
 Auditus, magnasque implent miracula terras;

Magna quidē hæc, vigiles, vobis sed facta superflue  
 Nota magis, quæque ipsi oculis læpone sub ipso  
 Vidistis, moueant animos, mentemque iacentem  
 Attollant, magnum iam nunc vulgata per orbem  
 Mille alis, famæque oculis exempla, cruores  
 Cum gens vestra suos, claraque in cæde superbas  
 Projecere animas? hæc vos precor ora, figuras  
 Has Diuum aspiciat, & medio sub corde locate.  
 Dixerat, & geminas aperit de veste tabellas,  
 Ingenium, pictoris honos, queis edere Zeuxis,  
 Parrhasi, que manus possenti harum vna virorū,  
 Altera femineas miro dabat ordine formas,

*Leo ig-  
ne cre-  
maus*

Prima Arimananse flamma splendente Leonem  
 Ardentē o-tētat, turbæ hinc, atq; inde satelles,  
 Incumbunt plures operi, trahit ille recuruus  
 Ligna humeris, alit iste rogos, hic foliibus auras  
 Excitat, obscuro cælo furit igneus ardor,  
 It fumus, viæque volant super astra fauillæ.

*Ioachi-  
mus  
Cruci-  
fixus,*

En ligno parte, aduersa Ioachimus ab alto  
 Dependet, cæsumque latus demonstrat hiatus  
 Intormi, & medijs hærens rubet officios hasta  
 Hos inter primo similis, non crimine, Adamo,

*Ada-  
mus de  
colla-  
tus.*

Pronas Adamus adest, cui iam, iam ferrea collo  
 Imminet, inque iētās districta catanna minatur.  
 Has ceræ effigies dat prima tabella, secunda  
 Tres aperit, talique oculis sub imagine Diuas  
 Obiecit, & tanta radiorum læce coruscas,  
 Dardanus vt Pastor, certum non proferat vlli  
 Iudiciam, & dubio maneat sub iudice lites.

*Mag-  
dalis  
virgo.*

Prima inter flammæ, flammæ formosa nitores  
 Magdalis obscurat; talis nitet ore venustas,

Tale

Tale caput, crinesque aurum succédit honestos; *igne as-*  
 Illa, velut teneros legeret per gramina flores, *sa, è*  
 Accipere ignitas, capitique imponere prunas *prunis*  
 Ausa manu, fertum intexit, Flóra ignea, vernat *coronã*  
 Igne caput, gemmisque simul; nã fronte decora *texit.*  
 Est rogos ipse roka, est carbo carbunculus, omnẽ  
 Chrysolithum, & rubros superans ardore pyropos.  
 Proxima se se Agnes flagranti in veste ferebat, *Agnes*  
 Ingentem complexa crucem, quantũq̃ venustã *Cruci*  
 Tyndarida aspectu, tantum simulabat ouante m *affixa*  
 Signo Helenam, è Solymis referẽtẽ signa salutis.  
 Vltima picturæ Maxencia vincit honores,  
 Exhaustiq̃ue artem; ceruix violata recumbit *Ma-*  
 Ense sub infando, veros imitata cruores *xen-*  
 Gutta rubet, niueosque humeros perfusa decorat. *cia in*  
 Ore rosæ pallent, marcescunt lilia vultu, *gala-*  
 Fæminæ cecidere manus, fugit halitus ore, *ta.*  
 Instar & occidui moriuntur lumina solis.  
 Ignescit, flauosque manu prensante capillos  
 Stat miles, viuantque minæ, gladiusque timetur;  
 Rarũ opus, egregiæ magnus, mihi crede, Timãtes  
 Ipse suæ occasus absconderet Iphigeniæ,  
 Quodque patri velum iniecit, superadderet õni  
 Picturæ, si clara tuam Maxencia nosset  
 Effigiem, & quales fers ipsa in morte colores.

Aspectu hoc vigiles pictis hæserẽ tabellis,

Nec vidisse satis, nec mentem explere tuendo

Quisque sui est compos, vestrũ tunc Lyfius heros

Nostis, ait, vultus? sunt notã hæc ora? vigorem

Iapponum spirant tabulæ, stat viuida vultu

Forma suo, tales edit Iapponia natos?



Hic ne leo est? est ne illa Agnes? sit Magdalis ista  
 Testantur flammæ, quæ tempora læta coronant?  
 Vos ergo effigies moueant; vos sanguinis huius  
 Molliat aspectus; flectant hæc saxea corda  
 Mille aliæ lapponum acies, hominesque, puellæq.  
 Et pueri, imbellesque senes, tot dira ferentes  
 Exilia, & Christi toties pro numine passi

*Cōuer-  
 titur  
 nus ex  
 carce-  
 ris cas-  
 todibus.*

Verbera, tela, cruces, incendia, vinclo, catannas:  
 Dicentem Iuuenis (tacito quis pectore amorē  
 abscondat, seruetque sinu quibus ardeat ignes?)  
 Excipit, & lachrymans sic vocibus interrumpit.  
 Hæc satis o genitor, sequimur quocunque vocabis;  
 Seu tu vir, seu numen eris, corda impia tandem  
 Vicisti; sub nocte meæ te dulce carinæ  
 Ostendit deus ipse astrum, quod victa procellis  
 Aspiceret, facilisque daret velamina retro.  
 Vicisti Franciscæ, tuis quis vocibus aures  
 Deneget, ætherejs iam me regnator ab astris  
 Conspexit, superique vocant: è faucibus Orci  
 En redeo, & cæli videor conscendere in arcem;  
 Ite procul patriæ leges, procul ite Fotoques,  
 Quam nunc præteriti tædet? quam pænitet actæ  
 Me vitæ, quos Xaqua tibi male soluimus, annos  
 Perdidi; libet hæc animâ quoq. perdere: talē  
 A nobis Cæli o numen procul abijce mentem?  
 Nil Daurum, Bonzosque, nihil mandata tyranni  
 Xoguni, nil Monde tuos insane furores  
 Horresco, venio in pænas, & sæua paratus  
 Funera, supremaque Dei pro lege caminos  
 Passurus, non vlla dabo vestigia retro.  
 Tu potius, tu magne parens, si tanta mereri

Fas mihi, da sacros latices, mentique lauacrum  
 Diuinum, & tantas scelerum pius abluere sordes.  
 Hanc vocem Paciecus ouans, lætusque Ioānes  
 Exceperunt animis, Rinxæusque audiit heros,  
 Et Sadamathæus senior, nec tardior annis,  
 It properans, fontemque trahit, sacrosq; paratus,  
 Atque salem, atque olei flauentia munera sacri  
 Accelerat; lymphas signauit ritè Pacecus,  
 Lustrauitque virum, & dixit solemnia verba.  
 Fit plausus, cunctique Deo pro munere lætas  
 Persolūt lachrymas, iuuenēq; hinc, inde benigno  
 Amplexu excipiunt, fertisque recentibus ornāt.  
 Expugnant animum voces; in corda Pacecus  
 Vox tua, mortalesque aures, & pectora magnū  
 Imperium exercet, felix hortatibus; ergo  
 Prende alios, atque ore sacras effunde catenas,  
 Herculis vt fileat vocales Gallia nexus,  
 Mille hominum turmas, & corda aurita trahētes.  
 Tuque etiam o felix, si quid mea pleetra, fidesque  
 Adspirant vitæ, frænantque obliuia: felix  
 Ante alios iuuenis, cuius non appuht aures  
 Nomen adhuc nostras, restant pro nomine facta.  
 Si titulos tamen ipse tibi, nomenque dedissem  
 Dignum actis, animisque tuis, & fonte sacrato,  
 Te meliore nouum Narcissum sorte vocarem;  
 Namque suis mortem quōdā Narcissus in vndis,  
 Tu vitam hausisti, Sicque isto è fonte venustus  
 Surgis, & hæc tantos præstat tibi lymphæ nitores,  
 Narcissum vt pigeat, te si modo cerneret, oris  
 Antiqui, & vanos formæ contemnat honores.  
 Flos esto, viridesque inter Narcisse colores

Tolle

Tolle caput roseum, folijsque inscribe Pacëcum,  
Fundentem sacras teneris radicibus vndas.

Has modo Narcissus cæli super æthera frondes  
Explicat, & sacro nimium sub fonte virefcit,  
Flos superum, Lyfioque decus, certumque futurū.  
Idem alios subijisset amor, similisque voluptas  
Attraheret vigiles cunctos, & corda moueret,  
Tuque Taquea manus, & tu Sezene dedisses,  
Nec solus Narcisse fores; sed in astra volantem  
Vos tandem o remoræ nauem, vos vela dolosæ  
Sirenes, cursumque viris tardastis inanes  
Diuitiæ, mortisque metus, & lucis amores?  
Proh superū, Rectorq' hominū? quā cæca volutas  
Consilia? & casus quanta in caligine voluis?  
Tu quondam, abiectis fratrum præstantibus, vnum  
E baculo ad sceptrum, tenuique è vellere ad ostrū  
Regale assumis Dauidem, licet ille minores,  
Ore animos, & nullum ostentet corpore robur.  
Tuque etiam è geminis materno è viscere Iacob  
Eligis, at frater tenebris demittitur Orbi  
E saū, virtute potens, & grandior æuo;  
Sic modo Narcissum trahis in tua vota, volentē  
Accipis, ast alios longè post terga relinquis,  
Seruitium sceleri, spoliūque immane Barathri.  
Heu metus? heu male suada animis vecordia? pulchrū  
Nil vnquam, nil grande tibi, vel nomine dignū  
Actum olim? tu forte soles formidine peccus  
Vertere, & in timidos lepores transferre leones.  
Sic custodum animos, plantasq' in dura timoris  
Vincla ferens, gressum vltterius proferre vetasti  
Ad Cælum, inque Erebum ventos, & vela dedisti,  
Quam



Quam modo contemnaūt animi nouisse salutem  
 Quam vellēt quantū facta hæc ignaua dolebūt,  
 Cum fera supremum capiti Pro serpina crinem  
 Auferet, atque lacus, & Tartara nigra subibat.

FINIS

LIBRI QUINTI

LIBRI SEXTI

ARGVMENTVM.

*FAMA* Mundum facit certiozem de rebus,  
 quæ in arce agebantur. Ille consanguineum  
*Densamonum* Christianis infestissimum mit-  
 tit, ut custodes puniat, arci deinceps imperet,  
 deuinctos male vexet. obtemperat *Densamo-*  
*nus*, & iussa crudelissime exequitur, sed tan-  
 dem magni *Pacici*, & sociorum exemplis  
*edomitus*, ad Christum conuertitur.

LIBER

Def-  
criptio  
Fama



NCELADI interea soror impo-  
tuna reliquens  
Cocytis sedem infandam, super  
ætheris auras  
Centum oculis, centumque alis  
instructa, subibat;

Illam turba nocens, dextrâ, læuaque frequentes  
Obscuri in nebulis, variaque in veste sequuntur  
Rumores, circumque flunt Mendacia pennis;  
Hæc faciem aspectu fædam, visusque retortos;  
Dentata: que acies, & linguæ fulmina multo  
Crine tegunt, iactoque super velaminis auro,  
Occultant natale malum, latèq; nitentes  
Expandunt alas, fictisque coloribus errant.

Cõpa-  
ratio.

Ceu Barathro obscuro veniēs metuenda Celæno  
Nocturnas inter volucres, strepitumque sonantē  
Horrendūm crocitat, rostroque immanis adanco  
Cuncta ferit, raptatque solo, pulcherrima quæque  
Vnguibus immundis, contactuq; improba fædās.  
Haud aliter currit, magnisque volatibus arces  
Fama subit, latèque sonos, atque auribus haulit  
Lætitiâ, comitesque videns, & facta Pæccī,  
Continuò insperis implet rumoribus urbem;  
Parua foro reptat, celeres quatit inde volatus,  
Se tollit, perque alta volat pallatia, Mondumque  
Aggreditur dictis tecto interiore sedentem.

Monde quid aurati latè teris ocia testis  
Immemor officij rebus iam prospice, & omnē  
Conspice delusam Francisci vocibus arcem.  
Omne satellitium diuorum pectore le sum  
Accepisse hostem, vinctos dominarier arce

In tota, semperque nouos augere sodales,  
 Multaque præterea, quæ non vacat addere, gressû  
 Ni properes, te dira hominum, teque aspera diuû  
 Fata manent, conscende arces, interfice cunctos,  
 Surge celer, properaque; quies proh dira? nouerca  
 Prima operû, & remora egregijs vecordia factis.

Ille ubi penniferum monstrû, toruosq. volucrê  
 Intorquentem oculos, centûq. per ora sonatê  
 Conspexit, caperet ne fugam, veniam ve loquêtê  
 Posceret addubitans, tandem sic ore gelato,  
 Atq. tremês, tu quidquid eris, Dea sæua, precatur,  
 Esto fauens, nostrisque veni iam prospera rebus;  
 Accipio tua iussa libens, mandata faceffam,  
 Non vnquam officij oblitum me Diua fatebor.  
 O Lusi caput in sanum? quas improbe pænas,  
 Quas nobis Paciece dabis? compescere vanum  
 Nô possût hunc vincla senem? mihi perfidus iras,  
 Et rabiem, quæ nostra ardêt modo pectora, solues.  
 Nî faciam, me me ante annos, & fata repentê  
 Te Celina ferant, nati crudelibus vmbriis  
 Occumbât, nostræque cadant ante ora puellæ.

Fama ubi sic Mondum flammato corde furêtê,  
 Incensûque odijs, atque omnia sæua minâtê  
 Aspexit, Barathri fauces horrenda petiuit.  
 Ast ille in frendens cognato ê sanguine cretum  
 Denfamonomum accersit, iubet ire, vt carcere toto  
 Sæuiat, insanos vigiles detrudat, & armet  
 Ipse alios, acieque aditus, atque atria firmet;  
 Ante omnes ferroque grauet, pænisque Pacecum  
 Custodum euertentem animos, Chriitoq. trahêtê  
 Vexet in expletum, reliquosque deinde sodales

Confici. t



Conficiat, sic velle homines, sic poscere diuós.

Sæuus vbi irati mandata in fensa recepit

Densamonus, furiasque ducis, festinus ad arcē

Contendit, Pænumque gerens sub corde leonē,

Ingreditur; tremuere fores, visoque tyranno

Cuncti adsunt trepidi, nimiusq; per ora, per artus

It pauor, exanimisque silent; ceu forte columbis

In caua testâ ferox, falcatisque vnguibus intret

Accipiter, teneatque fores, glomerantur, & ipsū

Attonitæ cernunt hostem, expectantque feroci

Quam primū rostro sacrat, quā destinat vnguī;

Sic cuncti circum auscultant; ferus ille tremēdū

In tonat, excubijsque ferox hac voce minatur.

Hæc ne viri imbelles, muliebria pectora, Mondus

Cum vobis seruare arcem, gentemque rebellem

Commisit, mandata dedit? sic iussit iniquos

Tot scelerum authores vexari? hos reddere cultus

Annuat, an miseros extrema sorte per omne

Supplicium, ac pænas torqueri? Eheu quibus ille

Curam arcis, quibus has clauces cōmisit? aniles

Sic vos fabellæ: sic vos deliria? vanis

Sic vos ille senex potuit deludere verbis?

Terrarum vt pestē hâc, Europæ, Asiæq; remōtis

Finibus expulsam, & toto sub sole vagantem,

Delapsam è cælo gentem, Diuisque putetis

Aequalem, & rosea superiorum in sede locandâ?

Vtque meos odisse Deos, & sacra parentum

Iam placeat: cecidisse alios infide Taquea

Haud miror, te vnum certè, canosque, tuumque

Consilium, non victum vnquâ, lapsū ve putarēs;

Hinc procul o miseri? longe hinc discedite, fidos

Sufficiam,

*Copa  
ratio.*

Sufficiam, vigil ipse fores, & limina custos  
 Defendam, vanumq; senem, sceleruq; magistrũ  
 Pro meritis flagro accipiam, crebroq; retundam  
 Fuste latus, ni sacra Deũm præcepta capessat.  
 Huc ades o caput insanum? sic vane catenis  
 Oppressus, senioque iacens, & morte propinqua,  
 Dementare animos, hominumq; inuerrere sensus  
 Persistis, vetitamque audes exponere legem?  
 Adũ Amidæ, & Xaquæ, Camiũq; acerrimus vltor,  
 Iam sapiens, serosque ori dabis improbe frænos.  
 Vos quoque dementes animæ, vos hospitis huius  
 O socij, quæ sæua mihi, quæ digna luetis  
 Supplicia? o quales miserorum è corpore pænas?  
 Quas cædes? quãtosq; metus hæc dextera poscet?  
 Sic reboat, piceoque faces iaculatur ab ore.  
 Non secus ignitum magnam cum fulmen in arcẽ  
 Irruit, igne oculos, tonitru diuerberat aures,  
 Atque homines visu exanimat, vicina ruinaam  
 Tecta timent, plateis consiltit turba fragore  
 Territa, perque forum gens demirata tumultus,  
 Aut videt, aut vidisse putat de culmine summo  
 Ire arcem, & muros, imaque ab sede reuolui.  
 Iamque diu insano conceptos corde furores  
 Densamonus, cunctasque ferox effuderat iras  
 Ignati in gentem, sceleramque exhausterat artes,  
 Cum sacra Lyfiadæ, sociorumque acta per ipsos  
 Intromissa oculos penetrant in corda, sinusque  
 Pectoris euoluunt, versantque hinc, inde rigetẽ  
 Duritiem, scopulosque animi perfringere certat.  
 Ac veluti ingentem terris, cæloque minantem,  
 Cum rupem ferro accisam deuoluere tentat

Cõpã  
 r. a. 100

Cõpã  
 Turba r. a. 100

Turba fræquês, feriensq' super stat malleus icu.  
 Nec tacet, extremum donec tremefacta superbū  
 Voluitur in caput, & terris prostrata recumbit.  
 Haud minus effracta tandem ceruice superbe  
 Iesuadam te exempla trahūt, voluuntque ruētē  
 Desamone ad terram; cecidit Marpesia cautes,  
 Ingemuitque, deditque manus, tandēq' iacentis  
 Francisci ad plantas, pronusque in pectora totā  
 Flet noctem, monitisque aures diuina docentis  
 Tradidit, atque animi latē commisit habenas.  
 Nil cælo inuictum est: rabidi cecidere Nerones,  
 Si blandum aspirent Superi.

Illū ubi submittētē iras, terraque iacentem,  
 Et scelerata pijs mundatē fletibus ora,

Conspexit, dextram adiungens Limeius heros  
 Alleuat, & festis surgentem amplectitur vlnis,  
 Inde hilaris, letoque rigans pia lumina fletu,  
 Salue, ait, o cæli decus ingens? carceris huius  
 Qui muros, arcemque tuo sub numine seruas,  
 Algerum formose comes? tu viribus, ala  
 Tu melior cunctis, Arcel viue inclyte, custos  
 Vire huius, Genusque loci, dux optime, cuius  
 Sub dextra haud vnquā magnū cecidisse pigebit  
 Narcissum, victusque iacet teterrimus olim  
 Desamonus, tu Diue tuum ne desere, at illum,  
 Quo pede capisti, gradientem impelle, meisque  
 Da pondus, flammæque tuas, & lumina verbis,  
 Ardeat vt tandem nostro subcensus ab igne  
 Desamonus, firmoque fidē sub pectore seruet.

Tu quoque lapponum salæ lux vnica, & illis  
 Desamone egregiū columēque, decusq' futurū

*Allo-  
quitur  
Ange-  
lū car-  
ceris  
Custo-  
dem.*



Sis felix, salueque iterum vir maxime, cuius  
 Sēper honos, animusq̄ ardens. & lumina mentis  
 Promisere mihi (nec me spes ista fefellit)  
 Te Caminum infandos ritus, vanasque Fotoquum  
 Deserturum aras, cælestem vt pectore legem  
 Acciperes, superumque ires in regna beatus.  
 Sic fore sperabant focij, sic ipse futurum  
 Mecum animo rebar, diuo: que in vota vocabam;  
 Profecere precesque meæ, comitantq̄ meorum  
 Tot lachrymæ, venias felix, nec longiùs vltra  
 Jam tempus differre para, da vocibus aurem  
 Intentam, referam paucis, christumque parenti  
 A Eterno æqualem factis, & sede docebo.

Sic memorat, Christũq̄ refert ab origine, magnũ  
 Vt quondam ætherejs descendit Numen ab astris  
 Virgineum in gremium, nullo de semine corpus  
 Vt traheret, tenerosque Deo superadderet artus.  
 Vt stabulũ, in formẽq̄ casã, & mala frígora primæ  
 Noctis, & horrendos brumæ intractabilis imbres  
 Pertulerit, primisque pati consueuerit annis.  
 Quis oculis pecudum vigiles, Regesque bearit  
 A Ethiopas, natusque dies non amplius octo  
 Prodigus imbuerit cultros, eunasque cruore.  
 Vtque aris S olymæ se se magna hostia patri  
 Turturibus geminis, argentatisque columbis  
 Obtulerit, Phariasque ierit tener exul in oras.  
 Vt puer, & medios adolescens integer annos  
 Matris ad imperium transmisserit, vtque iuuentæ  
 Triginta magnos reuolutis mensibus orbes  
 Implerit, patriosque lares, atque ora parentum  
 Liquerit, & nemorum deserta habitauerit antra;

*Christi D.  
 vita.*

Ore famem, Barathrique hostes expertus iniquos;  
 Utque Palestinas ierit peregrinus in vrbes,  
 Et factis, & voce tonans, cælestia turbas  
 Iura docens, claudisque pedes, & lumina cæcis  
 Reddiderit, tactuque animos, atq' ægra lenarit  
 Corpora, deerrantemq' humeris aduexerit agnã.  
 Utque triam annorum exacto per taha cursu,  
 Bissenosque addens socios, ac proditus vni,  
 Post ignominias, & verbera mille, nefanda  
 Magnanimus tulerit tormenta, crucemq', necēq',  
 Et tandem letho major, rediuius in auras  
 Fulserit, ac multo conscenderit astra paratu.  
 Tandē addit Paciecus; ouans Deus iste per æthrã  
 Sicut iter quondam arripuit regnator, & ampla  
 Maiestate potens, sceptrum, & diadema cornuscãs,  
 Sic veniet, post emeriti voluentia mundi  
 Sæcula, & elata iudex in nube sedebit;  
 Tunc genus humanum, spoliata sede sepulchri,  
 Corpore in átiquo, atq' animis in mēbra reductis,  
 Horrenda excitum voce, & clangore tubarum  
 Iudicis ad solium stabit, cum rege superbo  
 Vulgus inops, mistique duces cum milite, nullū  
 Tunc generis discrimen erit, nil purpura, mitra  
 Nil profant; iudex sublimi ad sede nocentes  
 Damnabit, cogetque atos descendere in ignes,  
 Tartareasque domos, superest vbi dentibus ingēs  
 Stridor, inexhaustique manent in sæcula fletus.  
 Ast alios, quos sacra fides, quosque ætheris alti  
 Relligio, quos fidus amor, quos pectoris ornat  
 Mundities, secum excipiet in regna, potitos  
 Egregiæ mortis pretio, & sine fine be: ros.

Di. erat,

Dixerat, at mira stupefactus imagine rerum,  
 Talia Denfamonus reddit responsa docenti;  
 Magna equidem Paciece refers, estq. ōnibus vna  
 Danda fides, distorquet adhuc tamē vnica nostrū  
 Cura animum, dubiamque trahit res ardaa mētē;  
 Ecquid ego exanimis credam sine lumine vitæ,  
 Depastosque feris, seuisque volucris artus,  
 Quos flamma in cineres egit, quos vnda marinis  
 Apposuit monstris, quos terra effossa sepulchris  
 Dat vermi pasto, putrefacta nec ossa relinquit,  
 Hos ne, inquā, formā antiquam, primūq. vigorē  
 Indutos, animas in se se accersere inanes  
 Posse iterum? totque vltra annos, & sæcla putabo  
 Ex letho ad nitidas reuocandos luminis auras?  
 Mens hæret, sensusque aliam post vltima vitam  
 Fata negant; vanis memoras insomnia verbis  
 O genitor? an vera canens mihi fida resoluist?  
 Hæc vbi, sic grauiter Limeius addidit ore.

Abscedant dux magne tuo de pectore curæ  
 Degeneres, similesq. animo deponere timores,  
 Heu genus humanū? misero quid cādida virtus,  
 Quid ve pij mores, atque expers criminæ vita  
 Prodesse homini? pecorum si more iaceret,  
 Aeternosque obitus, oblitaque fata subiret?  
 Ecquid diua ferox nostrum Libitina recisum  
 Si corpus, vitæque simul melioris eodem  
 Spem tumulo inferret? nobis felicius ipsam  
 Saxum esset, ferrumque, illis nam terminus æui  
 Longior, infractæ vires, & aeneæ membra.  
 Infelix Paciece fores, infausta fuissent  
 Membra, manusque istæ, post vincula dura catenæ

*Dispu-  
tāt de  
futu-  
ra re-  
surrec-  
tione.*



Postque tot exhaustos terraque, marique labores,  
 Post cinerem extremū, post tanta incēdia in æuū  
 Præmia si misero superessent nulla Paceco.  
 Non ita, non socij æternū moriemur: in istos  
 Arentes artus, atque ossa perusta redibit  
 Spiritus, æternamque dabit per sæcula vitam.  
 Non ne maris postquam Luna exequiale feretrū  
 Dat Phæbo, & fratri nocturno rore parentat,  
 Fulchrior ille redit, victorque è funere surgit,  
 Perque polos iterum, perque aurea signa rubescit?  
 Vosque etiam edoctæ toties renouare iuuentam  
 Vos auim reginæ & aquilæ: tuque aurea phœnix,  
 Naturæ immortale decus, volucrisque fidelem  
 Post flammā, & vitæ sæcunda incendia pulchrū  
 Flaua caput, nitidis assueta resurgere pennis?  
 Vos fidei documentum ingens, postq̄ vltima fata  
 Possē Deum humanum resolutō è puluere corpus  
 Condere, & has animas reuocare in mēbra docetis,  
 Hoc etiam tu terra parens mirata fateris,  
 Cum glacialis hiems, niueo ceu præfica amictu,  
 Te senio extinctos artus, & membra trahentem  
 Componit tumulo, & pluuijs lachrymātibus effert;  
 Namque rubescenteis anno redeunte corollas,  
 Atque nouas induta comas, per rura, per hortos,  
 Perque nemus multis variata coloribus exis,  
 Flore genas, pomisq̄ manus, humerosq̄ racemis  
 Ornaris, victoque venis rediuiua sepulchro.  
 Hæc ergo humanis maiori fænore membris,  
 Hæc hominū tādē speranda est forma sepultis  
 Corporibus; reuocante Deo, placata reponet  
 Flamma suos, dabit vnda suos, tellusque remittet  
 Quotquot

Quotquot habet, venient, queis viscera lata ferarū  
 Dant tumulum, viuēt equidē Dēfamone, viuent.  
 Atq' arcus Mors cæca vltra, nigramque pharetrā  
 Franget, & abiectis aget ocia longa sagittis.

Hæc vbi Lysides cunctis mirantibus edit,

Densamonus sacro tandem certamine victus,  
 Dat geminas cum corde manus, magniq' Tonātis  
 Accipit insolitos ritus, nec iussa seuera,  
 Nec leges, nec fræna pati desueta recusat.  
 Stat constans, restique tenax, generosus ab isto  
 Non ille incepto lachrymis, non destitit vilo  
 Coniugis, aut charo natorum euictus amore.  
 Non Cōsanguinei Mundi inclementia, legis  
 Non Xogunæ minit ata incendia, honores  
 Non illum, non gentis opes, non munera lucis  
 Perdendæ tenuere: horum contemptor, avarus  
 Solum animi, solumque Dei seruator, & æqui,  
 Seque indè admirans, sua nec iam noscere facta,  
 Hæc secum: lux clara polo quæ tanta repente  
 Effullit? quis carcer habet? quæ terra? quis orbis  
 Me capit? aut vbi sum? hic est, hic est ille Fetequū  
 Assertor? Christique gregis lupus acer: abiui  
 Ex me, nec veterem licet agnouisse figuram.  
 Fortior ergo age, abi nunc, cassem, & retia tende  
 Ipse alijs ductor, ride generose priores  
 Nunc vigiles, illumque senem, deliria, aniles  
 Fabellas nunc sperne: Deo alternante, Libyæ  
 In teneros agnos se mutauere leones.  
 Tuque age laurigeros de me Paciece triumphos,  
 Meque tuis nūmera palmis, tibi mentis habenas  
 Committo, cordisque sinus, ad sydera gressus

Tu rege, tu melior, iubeas quocunque sequemur,  
 Hic coniux tunc forte aderat Cismena Taqueæ  
 Grandis anus, tuleratque dapes studiosa marito;  
 Hæc Amidæ deuota aris, hæc prima Fotoquum  
 Nympha, potēs rugarū, oculisq; atq; ore retorto,  
 Hanc Xaquæ dare thura igni, affuetamq; Varelas  
 Verrere, & hic natā olim, atq; hic senuisse ferebāt,  
 Illa ubi Denfamoni casus, vocesque recepit,  
 Irruit, ac tali castigat voce Taqueam.

Quis te præcipitat coniux miserande? quis istas  
 In furias agitatus deus? heu cerne improbe quales  
 In pœnas, mortemque ibis, si talia Mundus  
 Agnoscat? nihil est gladios patiamur, & ignes;  
 Carceris ah Custos? potius populator, & ingens  
 Cunctorum euersor, scelus hoc permittis, & ista  
 Relligio est diuū? mediaque in voce canistrum,  
 Exigua:que dapes, paruum & mantile relinquens,  
 Egreditur, linquens arcem, petit aurea Mondi  
 Limina, & admissa tecto interiore venustam  
 Celinam famulas inter, calathosque Mineræ  
 Alloquitur, strato in magno, spondaque sedentē,  
 Heu pia tu vestes aræ, ornamentaque Diuis  
 Cum famulis pretiosa paras, in carcere sæuus.  
 Denfamonus tenuit Camios, clarosq; Fotoques,  
 Lyfiadum legem insanam, documentaq; pronus  
 Accipit, & Christi confessus numen adorat.  
 Hæc tibi fida meus iussit narrare maritus,  
 Tuque viro Celina tuo dabis omnia Mondo,  
 Vt sciat, impediaturque dolos, & criminis vnum  
 Arce sub infanda, solum superesse Taqueam  
 Infontem agnoscat; palmis, & pectore supplex  
 Quem



Quem nunc, te Celina precor, tuq' optima Mōdū  
 Posce, illa eripiat, tandemque expellat ab arce,  
 Ante illum, quam vana fides, falsusque Pæceus  
 Illaqueet, captumque dolis inuertat; aniles  
 Has ego per rugas, lachrymasq', per alta Fotoquū  
 Limina, perque annos, & Mondī gaudia posco.  
 Heu Lyfiam? timeo Lylios, & vincla tenentes.

Audijt, & velox retulit Celina marito;

Ferbuit his Mondus, magnisque furoribus actus,  
 Vera ne fida mihi, dixit, Celina recenses?  
 Hic rigidus fuit ille adamas? hic ferreus ille  
 Denfamonus, bello vinci non conscius vnquam?  
 Ergo ipsum iubet acciri, cumque adfuit, ira  
 Excandens, rabie infrendet; clamatque Barathri  
 O genus? haud sanguis meus: o infide? tuorum  
 Progenies indigna? istud miserande putabas  
 Abscondi mihi posse nefas? patet impie, Luso  
 Das aurem, vetitamque tenes sub pectore legem.  
 Extinxi te, meque: meus labor omnis, & error,  
 Qui misero, infanoque dedi male prouidus arcē  
 Perdendam, heu felix esse m, si perfide nunquam  
 Murorum postes, arcis nec tecta subires.

Ecquid Xogunus si factum agnoscat? in ignes  
 Ibo? parum est: conuerte gradus, deponc furorē,  
 Turpe viro cecidisse, dia iacuisse pudendum est.

Denfamono interea constanti in pectore sacri  
 Exarsere ignes, nec vocibus ille pepercit.

Ecquis, ait, tantas Præles dolor excitat iras?  
 Quid trepidas? quid dāna times? nil crimina nostra  
 Officient: proprio expēdam scelus omne cruore,  
 Hoc caput, hoc dādū est; hoc vnū agnosce, Pæcei

Quisquis facta, oculosque videt, qui verba, sodales  
 Qui nouit, Xaquam temnat, Camiosque nefados  
 Est opus; ex illo tantas se cordibus infert  
 Christi amor aspectu, radij tot luminis alti  
 Mittuntur; tuque illam vtinam constantior arcē  
 Monde iatres, breuiter tu te ipse fatebere captū.  
 At Mondus contra: legis procul ito paternæ  
 Desertor, leuior ventis, & littoris vnda  
 Mobilior, non inde meos nouisse penates  
 Præsumas, insane, isthæc temerarius audes  
 Me coram proferre? tace, nostrisque recede  
 Ex oculis, peream, & Camiū me numina perdāt;  
 Te miserum vinclis, & fædi carceris vmbriis,  
 Ni tradam; da vincla Lifer, da vincla Mesalle,  
 Alifum, sociosque voca; sit turba, frementem  
 Andijt, & calathos velox Celina relinquens,  
 Quis te dulcis, ait, coniux conturbat? amanti  
 Hanc veniam concede tuæ, mihi parce furentē  
 Denfamonum, furit ille modo, sibi consulet, ista  
 Cum rabies mentem, præfēsque reliquerit ardor.  
 Parce tuo generi; precibus concessit, & iræ  
 Iniecit frænos, ipsumque abscedere iussit.

Exijt & gressum properans festinat in arcem

Denfamonus, Lylioque ardens fert cuncta parētī.

Victorem socij tanto è certamine lætis

Excipiunt redeuntem animis, seniorque Pacecus

Denfamoni spondet felicibus omnia captis

Responsurā, virique humeris, & pectori inhæret.

Ast ille adstrictosque pedes, funesque iacentis

Amplectens, sic orsus, ait, vos vincla? Paceci

Vos teneri funes, blandumque ligamen amoris,

Tu compes vincitara animo: , & corda? magistro  
 Docta catenatos vigilēs adnectere? prende  
 Me quoque lætitia exundans, & fertile ferrum,  
 O mihi tam lætūm si quis daret, o mihi torquem?  
 Te mihi nulla dies animo, non vlla voluptas  
 Eriperet, Mondus ve minis, licet omne dolorum,  
 Pænarumque genus, tormenti fertilis author  
 Adderet, hęc gratam mille inter gaudia tecum  
 Duxissem vitam, hęc ipso consumerer æuo.

Dixerat, & lachrymis manantibus ore catenas  
 Emollit rigidas, atque oscula plurima libans,  
 Amplexu funes, plantasque, & vincula tenebat.

Protinus aereos tractus dea vana reliquit,

Sydereosque habitus, atque ora nitentia fingēs,

Obiecit Lyſio se Gloriana parentis;

Illā caput vacuum plumis redimitur, & alas

Fert mille, ascensus semper, semperque volatus

Icaros meditans, p̄dibus contingere terras

Dedignata humiles, geminis pavonibus acta,

Plumarum radios inter, cristasque superbit.

Vtque animi Siren citharam percurrit eburnam

Concinat, atque aures fictis sic vocibus implet.

Quis tibi nūc animus præclara hæc facta tuēci

Magne Ignatiade? metuendam viribus hostē

Cam dormitum aspicias, submittentemq; superba

Colla tibi, & fidei subeuntem vincula magnam

Densamonum, toties ravidus, qui ferrea plantis

Vincula tuis, manibusque dabat, colloque catenas?

Non ne satis fuerat Narcissi gloria? ductor

Ipsc cadit, spoliūque venit tibi victor opimum.

Ergo age victrices extolle ad sydera lauros

Aggre  
ditur  
Pacie  
cū Glo  
riava.  
na.

Non



Non palmis Franciscæ tuis generosa Philippi  
 Progenies, si miles meruit celebrare triumphos,  
 Non Cæsar, Priami ve genus, nō sævus Achilles,  
 Non Cossi mens alta, tuus non inclyta Roma  
 Conditor, aut rerum reparator Brutus, & author.  
 Denictos licet ire duces, excisaque ferro  
 Mænia vincenti, fractumque potentibus armis  
 Oceanum, captosque hostes, atque vltima regna  
 Quisque suo exculptos clypeorum ostêtet in auro.  
 Nam ferri, turmæque equitum, sonitusque tubarū  
 Hoc decus est; emptūque viris, & sanguine partū  
 Multorum, venit ille super truncata iacentum  
 Membra, cruêtatasq' manus, atque ora triūphus;  
 At tua Limiades nulli victoria lethum,  
 Nil mortale sonat! vitæ dux magne salutem  
 Das victis, Orcique ipsos é faucibus effers;  
 Nullienses, non arma sonant, nō classica, nullus  
 Hic miles; cunctis virtus satis vna, superque,  
 Non ferri, non ensis egens, non indiga Martis  
 Est Franciscæ tibi, moresque, atque inclyta facta,  
 Quæ plures lituo sonitus, & fortius armis  
 Robur habent, hostesque tuis vixere catenis.  
 Nec solum humani cedunt Limæ triumpho,  
 Te quoque terrarum decus immortale fatetur  
 Victorem facto hoc Saulus, ceditque Paceco,  
 Nec se diunctum tenebroso in carcere iactat  
 Vincla inter, pena que suam genuisse Tonanti  
 Onocimum; tibi nomen erit Franciscæ per orbem  
 Grandius; ipse Deo sacundo in carcere plures,  
 Inque tuis vinclis genuisti Diue coronam  
 Maiorem, & plures petit hæc victoria lauros.

Nil vltra expectandum, exi de carcere victor,  
 Non ferro, aut vinculis, non iam Limæ catanna,  
 Non opus est vndis, flagrante vel igne camino;  
 Hoc factū, æternūque decus, nomenque repēdet  
 Egregium, hoc vno pulsabis sydera factō;  
 Linque solum, cælique arces conscende? beatū  
 Conde caput stellas inter, tibi protinus alas  
 Sufficiam, certosque regam per inane volatus.

Hæc vbi dicta, manu citharam deponit eburnā,  
 Fumantemque trahit rosea sub veste latentem  
 Carbonem, quo cuncta virum facta inclita sæ dat  
 Laudando, radiosque animi, & virtutis honores  
 Denigrat, ac multum fumi superaddit Auerni;  
 At non incautum Lysium Dea sæua parentem  
 Excepit, monstrum agnouit, longæque precatur  
 I fallax hominum Siren, procul esto bonorum  
 Scylla operum, depone habitus, frōtisque decorē,  
 Tende alas, atque arce procul Dea vana recede;  
 Non ea vis misero, non hæc fiducia restat,  
 Vt mihi Densamoni palmas, versamque Tonanti  
 Narcissi mentem placeat rapuisse, manebit  
 Me decus hinc nullum, belli nec adorea, laudis  
 Nil opere ex tanto accrescit: victoria Iesum  
 Authorem nostra agnoscit, non ille phalanges,  
 Non classes, non arma mouet, certamina nutu  
 Hæc constāt, placidaque sedens ab sede triūphat.  
 Ergo illi euicta cedat Densamonus arce,  
 Atque rosas, floremque suum, laurumque comantē  
 Intexat, fertique ferat Narcissus honores.  
 Nec cælum petere est animo Dea vana, latebræ  
 Sat mihi, sat locus hic misero est, Barathriq' profūdi  
 Sedibus

Sedibus, obscuroque lacu sub nocte iacerem,  
Præmia pro factis modo si mihi digna darentur,  
Dixerat; illa ferox, citharamque, fidesq' refringit,  
Carbones procul abijciens, petit inde tenebras,  
Indignata manus sic euasisse Peccum.

F I N I S

LIBRI SEXTI



LIBRI



## LIBRI SEPTIMI

## ARGVMENTVM.

*Paciecus Rinxæo postulante, & socijs audi-  
entibus, a primis natalibus vitæ suæ cursum  
exponit, ad eam vsque ætatem, quam in Lu-  
sitania degit, antequam in Indiam solueret.*

## LIBER SEPTIMVS.



VM mens Lyfiadæ casu sublimi-  
or omni  
In fractasque animus, celsa lenat  
arce trophæum  
Successu tantorum operû, iam  
corpus inerme,

Prostratum, & multo plenum squalore iacebat;  
Iamq; hyemê, atq; æstus dura hæc in sede calores  
Pertulerat, cum forte comes Iapponicus illum  
Sic prior, alloquitur, verbis Rinxæus amicis.

En pater exortos astrorum nunciat ignes

Clara Venus, iam nocte orbis tristatur, opacat  
Vmbra solum, curæque animos; da magne Pacæce,  
Da verbis mærentem animum, da fallere noctê,  
Atque tuo lenire meos sermone labores.

Dic age quod sydus, quæ te fortuna secundo

Numine

Numine, tot nostris referentē comoda rēgnis,  
 Impulit has sine sole domos, & ferrea adire  
 Vincula? qui casus hūc te vexere per vndas?  
 Quæ patria? & talem qui te genuere? per ora  
 Namque tibi fortuna patrum, clarusque nitescit  
 Sanguis, & extincto viuit reuerentia vultu.  
 Audijt, atque alto Paciecus pectore secum  
 Multa gemit, nutatque, & mēbra absūpta rigore  
 In partem aduersam voluens, deponit in vlnis  
 Imtonsum caput, & colla incuruata catenis  
 Inclinat, truncoque hæret responsa petenti,  
 Ut daret, & socios casusque, & fata doceret.

Conuenere omnes obliti vincula, & atram

Carceris obscuri noctem, tristesque querelas  
 Seruantum, dederantque viri iam vocibus aures;  
 Cum Pater inuito tandem sic pectore fatur.  
 Si tibi tantus amor, tanta & Rinxæ cupido  
 Est animo, vobisque placet, dum nocte sodales  
 Sydera voluntur, me nostræ euoluere fata  
 Fortunæ, vultisque meos, casusque meorum  
 Audire, expediam dictis, si forte recorder.

*Pacie* Ver vbi perpetuum; æternos vbi Limia flores  
*divita* Irrigat, & campos crystalli interfecat vndis,  
*Patria* Turribus, & muro surgit Ponslimius alto,  
 Ingentesque aspectu vrbes, atque oppida credas  
 Vincere, si gentem, Spartam; si gramina, Tybur;  
 Siuè arma aspicias, fas est hanc dicere Romam.  
*Parentes.* Hic tener in palmis Mariæ genitricis, & inter  
 Pectora gestabar; Pater hanc Paciecus amantem  
 Duxerat, & sacrum fædas, thalamumque iugale  
 Sexuabant, erat vnus amor, mens vna duobus.

Me charam, sobolemque illis Lucina priorem  
 Concessit, primæuus amor, & cura parentum  
 Grandis erā, reliquosq; inter spes maxima natos.  
 Vix mihi bisse nos ætas impleuerat annos,  
 Cum me Lymæis abduxit auunculus aruis  
 Ioannes, patriaque domo, gremioque parentis  
 Abstulit, & longum lachrymantem duxit in urbē,  
 Quam maris, ac terræ domipam, cæloque secūdā,  
 Montibus imponens Graiorum ductor Vlysses,  
 Nomine Vlyssiæam proprio de nomine dixit,

Hic Barathri metus ille ingens, primæuus eremi  
 Indomitæ cultor, custosque Antonius ædes  
 Musarum insignes, ingentiaque atria iactat;  
 Surgit opus cælo elatum, regumque duorum  
 Setollunt fundata manu tecta ampla, Sebastii,  
 Henricique opus æternum, queis tertia largas  
 Iungit opes, templumque astris generosa Philippa  
 Attollit, Diana tuos Ephesina labores

Victurum, Latiasque alti Pantheonis arces,  
 Atque olim Ammoni phanū Garamantes arenis  
 Quod Libycis posuere sacrum, tot molibus ingens  
 Machina subuehitur, tanto subit astra paratu.

Sedibus his nostri pueros de more lycaeo  
 Instituunt, Musisque habitat sacrata iuuentus;  
 Huc me deducit felix fortuna, meusque

Vetus agit, nec tantū animos ars docta magistri,  
 Quantū oculi, vultusq; grauis, frontisq; modestæ  
 Me quantum laquei, moresque, & vita mouebant,  
 Ergo militiæ huic sacrae, cui ductor Iesus  
 Arma regit, castæque niues vexilla decorant,  
 Do nomen, latusque illa digressus ab urbe

Duci-  
 tur U-  
 lyssip-  
 nem.

Socie-  
 tatis  
 Colle-  
 gium  
 vlyssi  
 ponē-  
 se.

Ingre-  
 ditur  
 societa-  
 tē, &  
 Conim-  
 bricam

Mittor bricam



*mitti.* Mittor in Herculeos tractus, qua Monda per agrōs  
*tur.* Influit argento fugituo, olcaque feraci  
 Cincta caput, cælo doctrix Collimbria surgit;  
 Colle superbifico se se hinc domus ardua tesu  
*Colle-* Extollit, spectatque agros, atq' imminet vrbis  
*gium* Hanc Loiola parens cunctis præ sedibus vnam;  
*Conim* Maiorem natu, titulisque, & tempore primam  
*bricen* Esse dedit, semperque nouis dabit incrementis.  
*se.* Vix nostra est magnis Romæ sub mænibus orta  
 Relligio, nobis cum Rex hæc tecta Ioannes,  
 Tertius ille annis, nulli pietate secundus,  
 Et fama, & titulis primus fundauit; ab ipsis  
 Cæmentis examen apum, cum murmure læto  
 Erupit, liquidasque volans euasit in auras;  
 Augurium, auspicijsque omen felicibus, illinc  
 Per mare, per terras sociorum examina læto  
 Applausu, legem ætheream allatura per orbem.  
 I procul armisonæ si quod Carthaginis arces  
 Bellatoris equi, si quod Capitolia iactant  
 Humanæ gentis caput; hæc non se omina possunt  
 Tollere humo, it cæli superas examen ad auras.  
 Diuitijs, animisque altæ regalibus ædes  
 Confurgunt, magnæque vrbis se molibus instar  
 Attollunt; radiat celsa de parte lycæum  
 Palladiæ genti sacrum, longæque patescunt  
 Atria marmoreis tercentum effulta columnis;  
 Quo migrasse ferunt Pindi de vertice Musas,  
 Mercuriusque lares, & lætè Pallas Athenas  
 Transtulit & sedes olearum in monte locauit.  
 Facundo quales hinc cum Cicerone Marones?  
 Quot Taciti calamo insignes? quantusque sophia  
 Florer

Floret Aristoteles? memorem quid sacra loquētes  
 Ambrosios? quantosque ferat domus Augustinos?  
 Parua quidē hæc, animi referā si lumina, arenas  
 Littoris, & cæli superant virtutibus, astra.

Hinc orbem domituræ acies, contraque Barathrū  
 Proh quantos domus ista duces, fortesque phalāges  
 Troianus seu victor equus patefactus ad auras  
 Emittit? latē splendent incendia in orbe  
 Fumanti, apparet Troiæ iam maior imago.

Longū cūcta sequi; sed quæ flāma excitat? ardor  
 Quis rapit? in nubes feror, & præsaga futuri  
 Mens bibit æthereos haustus, patiorque furorē  
 Sydereos, leges supra mihi temporis ire  
 Iam videor, templique auctus præscire futuros.

Molibus erigitur superūm domus alta superbis

Fornice sub magno, veterē celebrare Corinthū

Hic artis vetuere manus, proli Dædala surgunt

Marmora? Apelleos vincit pictura labores.

Non vsquam templi faciēs operosior, ardent

Tergemini portarum aditus, maiorque nitenti

Marmore inauratum sustentat nomen Iesus.

Elatae apparent conchæ, subterque Britanno

Plurima sub vitro pellucet in uua, pulchræ

Ne desit speculum domui; circumque, supraque

Et rami, & teretes viuunt in marmore flores.

Nostrorum claræ effigies, Cantabrius altè

Elucet genitor, nixet hinc Xauertius, illi ne

Reginæ lathum ostentans dux inelytus adstat

Gandiæ, pedibusque terit Gonsaga coronam.

Aera per vacuum paries confurgit, vtrinque

Stant arces cælo elatae, stant arcibus æqui

Collegij  
 scriptum

Clave Petrus, Paulusque ardēs mucrone coruscō;  
 Pyramidum labor in sanus, laruæque bifformes.  
 Omne opus hoc regū Lusorum stemmata magni  
 Colla super Seraphim, plumasque elata coronāt.  
 Hic tandem, extremos crux, vltima meta, labores  
 Magna beat, cælique caput super astra recondēs,  
 Vicinos superos, totumque effatur Olympum.

*Sub*

*vasco*

*Pyre-*

*siopo-*

*nitty-*

*rocini*

*imo.*

Hic Vasce egregios mores, & facta docentis  
 Florebat nomen; iuuenes per mille labores  
 Non olim sic Sparta ferox, non martia Roma  
 Acris exercens ad fortia facta probauit,  
 Magna Deum genitrix, morūq' acerrima nutrix.  
 Hoc ducente domos, tyronumque arcta subiui  
 Limina, Olympiacis diuūm fatis æmula tectis.  
 Tunc veterem cum veste animū, moresq' priores  
 Deposui, primisque puer mirabar ab annis  
 Facta viri, magnique ducis documenta; magistrū  
 Maiorem nemo inueniet, Nero sæuus Iberum  
 Vel Senecam, aut clarū soboles generosa Philippi  
 Iactet Aristotelem, seu tollat Honorius astra  
 Arsenium, tu maior eras, vasce inclyte, maior?  
 Quos monitus mihi sancte senex? quātusq' nouello  
 Iurā dabas? certè memorantem talia, nunc te  
 Credo etiam audire, & natum sic ore docentem.

Hi tui erunt mores, hæc corde immotā Paceo

Lex erit; obseruare Deum, finemque tenere  
 Præclatum factis, maiorum iussa vereri;  
 Nec venerem libare oculis, non temnere sacram  
 Pauperiem; vicisse famem, sint fercula; tectum,  
 Sub paleis arcere nyemem; sitque optima vestis,  
 Asper, & antiquo senio longæuus amictus;

*Ante*



Ante alias, vnam hanc firmo sub pectore curam  
 Conde puer, seruesq; precor; cōtēde per Indos,  
 Perque Arabum, sinēq; vrbes, perq; vltima regna  
 Aethiopum, & vastos, Iapponum inuise recessus.  
 Non patriæ, aut Lyliæ genitum te crede, Pacecū  
 Sed mundo deberi omni, mundumque Paceco.  
 Nam rapido qualis natos Iouis armiger vngue  
 Eripiens nido, solis conuertit in ortus,  
 Quique faces oculis, phæbeaque lumina rectis  
 Aspiciunt, hæc certa manet, clarique parentis  
 Progenies, cælique vagos seruat in vsus;  
 Qui cessere igni, & tremulis nictantur ocellis,  
 Præcipites nido volucris disturbat ab alto;  
 Non aliter prolemque suam; gentisque futuræ  
 Loiola explorat visus, animumque latentem,  
 Ex oculis, patriumque decus meditatatur ab vngue.  
 Vt tādē hæc animo maneant immota, manebit  
 Corde etiam effigies semper tibi Virginis alinæ,  
 Quam Lucæ pinxere manus, huic casta pudicas  
 Corda niues, huic labra preces, huic pectus amores,  
 Huic soluant oculi lachrymas, & dextera flores.  
 Sic memorans mī data dabat, natosq; monebat.

Postquam virtutū geminos elementa per rānos  
 Edidici, & graue gentis opus, læta hostia veni  
 Ante aras, superis coram, diuaque Parente,  
 Ritē Deo primū immortalia vota sacraui.  
 Hinc iterum studijs, Phæbique sororibus omnem  
 Tendo animū, mētemq; libris, viresq; repono.  
 Liuius hinc, Florusque placent, primusque latino  
 Tullius eloquio, nec non tua, Mantua, Siren  
 Me cantu, sensusque rates, & vela tenebat.

Cōpa-  
ratioVota  
religi-  
onis  
Deo  
nūcu-  
pat.

Studet

Interea litteris

*humani-  
niori-  
bus.* Interea Phæbus radijs feruentibus orbem  
 Hauserat, & torrens sitientes Sirius agros  
 Ardebat cælo; fessis quo tempore clausæ.  
 Palladiæ portæ dant longa silentia libris,  
 Aera tacent, laxatque arcum defessus Apollo,  
*In va-  
catio-  
nibus  
ad D.  
Iacobi  
pere-  
gri-  
natur.* Et solita ab studijs agit ocia læta iuuentur;  
 Tunc socio comitatus iter, perq̃ oppida, & vrbes  
 Ferre viam iubeor, peregrino pendula collo  
 It pera, & tereti baculo vestigia firmo.  
 Est fanū extremis Gallæcum in finibus ingēs,  
 Regnantum donis opulentum, & numine diui  
 Conspicuum; veteres illud posuere Iacobo  
 Hispani, seruantque æqua pietate minores.  
 Hoc primūm Alfonso dextra imperiosa locauit,  
 Atque inde ingenti Maurorum è cæde Ramirus  
 Adueniens, auroque auctus, spolijsq̃ triūphi  
 Dona ferens, templo votum immortale, superbos  
*Teplū  
Cōpos.  
tellanū* Atque hostes, captosque enses, & signa dicauit.  
 Inde poli vt ferreat superos delubra sub axes  
 Conspirasse alios reges, & munere largo  
 Ditauisse ferunt; horum de nomine sacras  
 Ante aras, tercentum ignes, laquearibus altis  
 Argento inclusi pendent, vix lampada funes  
 Sultentare queunt: magnæ vix cymbala turres  
 Accipiunt, decisa iacent, nam pulsa cerebro  
 Sæpe dabant furias, conceptis fætibus ortus  
 Ante diem, domibusque graues traxere ruinas.  
 Huc Lybie properant vrbes, huc gentis Iberæ  
 Turbæ adeunt, Gallique omnes, & Flandria cantu  
 Insignis, populique Itali, Rhenuque bicornis  
 Confluit, & donis altaria sacra frequentant;  
 Namque

Namque ferant viui qui non hæc templa petêtes  
 Inuisant, post fata illuc, & funeris vmbas  
 Venturos, munusque istud præstare beatis  
 Lacte viam, stellisque albam, quæ nocte serena  
 Fulgurat, & longo designat tramite cælum.  
 Ingens sub templo fornix, & claustra per vmbas  
 Magna iacêt, cæcæq; domus, queis magna Iacobi  
 Ossa sepulchrali fama est in sede latere;  
 Nulli fas hominum sacratum insistere limen,  
 Est vidisse nefas, nec cundi peruius vsus:  
 E longè veniam exorant, atque oscula figunt  
 Liminibus, redeuntque domos, variasque galeris  
 Iacobi effigies addunt, humerosque bacillis  
 Circundant, conchisque super fulgentibus ornât.  
 Huc nostrum te adebat iter, cum venimus agros  
 Ad patrios, iterumque tuas Ponsimie turres  
 Ingressi, tenuem properè per limina victum  
 Quærimus, & notis celeres discedimus aruis,  
 Instamusque viæ; montesque ascendimus altos.  
 Ecce mihi iuuenis cõsanguinitate propinquus,  
 Venator canibus sylvas, montesque pererrans  
 Descêdit nemore ex alto, & iuga cõfraga linquês,  
 Iam caput ad sacrum fontis per gramina frigus.  
 Perque visis quercum immistâ, platanûq; comatê  
 Captabat, solisque æstus sub fronde leuabat.  
 Retia iacta solo, laqueique plagæque trilices  
 Stant circum, leporesque alto de robore pendent,  
 Et nemorû tremor ille ingens, notûq; profûdis  
 Excidium foueis, cratis sub vimine pressus  
 Conqueritur, vexatque audax viuerra canistros  
 Moribus, increpitant latratibus astra Molossi.

*Temples  
 inferi.  
 us.*

*Venator  
 torem  
 offêdit  
 consan  
 guineu*



Meque vbi venator venientem aspexit, & ora  
 Cognouit, dextram adiungēs mihi brachia collo  
 Implicat, & propter salientem sedimus vndam.  
 Utque illi responsa dedi, causasque viarum,  
 Dic precor Amorine (viro sic nomen auitæ  
 Gens erat) si fortè meus suprema subiuit  
 Fata pater, solamque domum, matremque reliquit?  
 Nam modo cum patriæ peterē per limina victu  
 Exiguam cererem, patrum iam oblita meorum  
 Tecta adij, miseroque stipem dent ore poposci;  
 Agnouit vocem mater, curritque, figuram  
 Consultit, & veteris sentit vestigia formæ;  
 Multa hæret, natasque vocans, est ne iste, puellæ  
 Dicite, Franciscus? falluntur lumina? natum  
 An ne meū aspicio? patrisquantū instar in illo est?  
 Concordant visusque graues, humeriq', manusq;  
 At fallor: non iste habitus, non illa galeri  
 Forma adeo vilis, non turpis mantica nostrum  
 Ornaret natum, non illi insana cupido  
 Hæc vnquam, vitæque genus deforme placeret;  
 Hæc inter retro ipse pedem, cum voce repressi;  
 Discessique domo, totaque aufugimus vrbe;  
 Non tamen aufugiunt curæ, tristesque voluto  
 Euentus animo mecum; namque ipse parentem,  
 Heu? viduæ similem, vultuque referre dolorem  
 Conspexi, atque alios habitus, oblongaque sensi  
 Linthea, funerei non signa obscura doloris.

Audijt, & magno percussus pectora motu,

O sæuum? o immanē i te crudelibus, inquit,  
 Progenitum, natumque feris? non limina patrū  
 Intrasti? sic dure tuam, sic Caucasæ matrem

Ludis imaginibus falsis? quæ tanta Pacèce  
 Durities? non ista de um, non ferre putandum  
 Est homines? iterum passus conuertere retro  
 Ne dubita, & viduam solari voce parentem.  
 Illa nec in teneros artus tibi Prognis iniquæ  
 Iniecit ferrum, non te Medea cruentis  
 Ausa fuit patris laceraandum apponere mensis;  
 Verte gradum, & viduam iam nunc solare parētē.  
 Ast ego: militiæ huic sacrae non perfidæ dixi  
 Sacramenta, iterū vt patriam, matremq̃, domūq̃  
 Inuisam; tu si quid habes da noscere, patrem  
 Quod tulerit funus? quæ matrē indigna sequatur  
 Fata meam, quæ sæua domum fortuna fatiget?  
 Vt precibus, lachrymisq̃ deū, cūctosq̃ trahamus  
 In melius superos, cælumque in vota precemur.  
 Ille mihi: o Cæli solum memor: immemor ingens  
 Terrarum: sedet hæc quando sententia menti,  
 Atque iterum ad patrios renuis remeare penates,  
 Cuncta equidem nunc vera tibi Paciece fatebor;  
 Quinquā animus eadem infadā, casusq̃ tremēdos  
 Horreat, atque afri fugiant audire leones.

*discor-  
 dia in-  
 ter Frā  
 cif-  
 cipā-  
 trem,  
 & a-  
 nuncia-  
 lum.*

Coniugij, vitæque tui Franciscæ parentes  
 Primeuos annos tranquilla in pace gerebant;  
 Casta domum, puerosq̃ parēs, genitorq̃ Pacecus  
 Curabant, erat vna fides, animusque duobus;  
 Tecta tamen proauum matris germanus habebat  
 Paulus aus, famalisque potens, & ditior agris.  
 Hos inter medius furor arsit, auunculus ira  
 Mente amens, tacitusque suo cum corde parenti  
 Mille tuo, insidias, eadēq̃ innectere tentat;  
 (Sit mihi fas audita loqui, hæcque o Paulè dolori

*Mane* Da veniam, ni vera cano, dictum omne refello.  
*D. Iohannis* Vix aurora polo nascenti sacra Iohanni  
*facro* Exierat, cum Phæbus equos maturat, olentes  
*occidi-* Quâdo herbæ, fluuijque placet, quâdoq' per agros  
*tur Pa-* Plebs ludit redimita rosis, cum fædere certo  
*ciicipa* Ifacides, cum Turca fetox, & cultor Iesu  
*ser i* Sublimes equites inter vexilla per auras  
*Pano* Ventilat, alipedemque premit, cursuque fatigat.  
*Pauli* Hunc auro insignis, roseisque umbrata corollis  
*maei-* Gens procerum fluuij plausum celebrabat ad oras.  
*pio.* Dant circum pueri cantus, lætasque choreas  
 Impediunt, flores spargunt, & ferta puellæ,  
 Vndique festiuis resonat clamoribus æther.  
 Hic tuus exultans ibat pater, arduus illum  
 Portabat sonipes, tanto & sessor superbus  
 Perque forum glomerare pedes, toruusq' minar  
 Cæperat, & rapidos cursu deluserat Euros.  
 Occupat incautum Penus, dehinc cominus hasta  
 Transadigit costas, vitamque ferocior hausit.  
 Fit clamor, Maurum populus circumstat, & armis  
 Impediunt, religantque manus, subiguntq' fateri  
 Quo iassu scelus infandum, cuius ve peregit  
 Auspicijs? ni vera ferat mucronibus instat.  
 Ille inter gladios pallefcens morte futura,  
 Ter caput inclinat cælo, terque aurea lunæ  
 Cornua testatus, fædi Mahometis honores  
 Adiurat, patrijsque vocanster vocibus Hala,  
 Hala, ait, æternamque fidem, numeq' tremédâ  
 Ipse tuum obtestor, rapido tu fulminis ictu  
 Sub terras caput hoc miserum, sub Tartara mitte;  
 Lima is ni vera feram, ni certa resoluam.



Nec plura, abstergit lachrymas, & pectore firmo,  
Sic verbis populo adstanti scelus omne retextit.

Me fortuna dedit famulum, fecitque superbo  
Captiuum Paulo, nec vos latet: ille Paceco  
Inensusque, grauisque fait, sub corde fluebat  
Fons iræ, creuitque odijs amor ille nocendi;  
Hoc tandem mihi grande nefas, curamq; nefandi  
Exitij mandauit herus, mortemque minatur  
Ni celerem præcepta libens, & iussa faceffam;  
Ille mihi hanc hastam cognato sanguine, dixit,  
Imbue, & hoc satia Pacieci in pectore ferrum;  
Quid facerem, aut misero quid iã restabat? herilis  
Est noxa, est scelus õne, fugã date, soluite dextrã  
Limenses, tuque o miserum terra hospita solue  
Captiuũ, non vlla hominẽ, non gloria lætho est  
Tradere, nec quicquã famæ hinc sperare potestis.

At tua (quid deceat nũquam nouistis amãtes?)

Aduolat interea mater, perque arma, per enses,  
It flauas effusa comas, lachrymantiaque ora  
Vngue premens, cõplexa virũ, manibusq; cruores  
Accipiens, cælo ostendit, suspirat, & astra  
Summa ferit gemitu, fratremq; incusat iniquum;  
Ah? frater, non frater, ait, sed proditor, hostisq;  
Inensus? placuit ne tuam viduare sororem  
Primæuo sic flore? placet rationis egentes  
Orbari pueros? durum ah cur non mihi ferrum  
Mandasti? vel redde virum, vel pectora mucro  
Hæc tuus, hanc animam nobis tuus auferat ensis.  
Si nostri miserere, & facti pænitet, oro  
Hoc vnum, hanc viduam, & natos vt funeret idẽ  
Pænus hic, & raptõ liceat comes ire marito.

Non

Non Dido iam sola virum deserta dolebis  
 Cum similem, ab nimium similem? me fecerit iste  
 Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes.  
 Inde tui ludo fratres venere relicto,  
 Tresque illam pueri, totidemq; hinc, inde puellæ  
 Incendentem iras, atque omnia sæua vocantem  
 Associant lachrymis, interfectumque parentem  
 Ignari aspiciunt, fuerit quæ causa malorum;  
 Sedant luctus currens Leonora, iacentemque  
 Abduxit natam, charosque in- testa nepotes.  
 Hinc iterum Mariæ fletus, cunctosque recludit  
 Iræ aditus, nuptæ luxus, atque aurea longæ  
 Ornamenta iacit, primique insignia amoris.  
 Inde animum vt similent vestes, obnubilat ora,  
 Funereoque accincta habitu, peploque fluenti  
 Verrit humû, orborûq; ferês secû agmina, Portû  
 Ingreditur, questuque domos, repletque forenses  
 Conuentus lachrymis, & femineis lamentis;  
 Dumque dei vindex tarda est sententia, regi  
 Fert crimen, vitamque sibi cum Coniuge adëptâ  
 Instat inhumani fratris cum morte rependant.

*Ioan-  
 nes al-  
 ter Pa-  
 cieciæ  
 unctu-  
 lûs.*

Aduenit interea, rebus spes vna, Ioannes,  
 Ille odio, & lachrymis, rixisq; iræq; supremâ  
 Imposuit metam, ille egrum mollire sororis  
 Mille modis animum tentat, crimineque laborat  
 Demittat fratri, natosque, & testa serenet;  
 Perque insigne sacrû Christi, quod pectore gestat  
 Adiarans se vera loqui, deuoluit in ipsum  
 Omne scelus Pænum: rabiemque, dolumq; fuisse,  
 Vt dominum insõtem saltem hac impelleret arte  
 Barbarus, vt pænas, & serui facta piaret;

Quod

Quod dulcē in patriā reditus, tristisque negaret  
 Seruitij libertatem, nec spem daret vllam  
 Captiuo, patrem, natosque, & chara videndi.  
 Sic memorat, molitque animos, ac sedulus orat,  
 Ne fratrem scelere indigno, ne crimine tanto  
 Egregias proauum laudes, famamque priorem  
 Dedecoret, ne probra sibi, natisque nepotum  
 Imponat, falsumque genus ne prædicet orbe  
 Esse suum, infidoque omnes è sanguine cretos;  
 Inde alias causas, alijs superaddidit heros,  
 Nec cessat, precibus donec deuicta creatrix  
 Indulset; tunc ille Deus pro munere grates  
 Perfoluat germana tibi, meque inde maritum  
 Nosce tuum, puerisque fore his me crede parētē.  
 Solum defuerit Pacieci nomen, amorem  
 AEquabo, faciamque putes superesse Pacecum.  
 Inde sacros Marti pueros tres misit in Indos,  
 (Indos, nobiliū grande, & cōmune sepulchrū?)  
 Germanas etiam proprijs decorare hymenæis  
 Promisit, soluetque fidem, si fata secundant  
 Digna virum, & vitæ meritos expleuerit annos.

Ipse vbi crudelesque obitus, triste mq. parentis  
 Audiui casum, geminas ad sydera palmas,  
 Vndantesque oculos voluens, tibi perfide, dixi,  
 Ignosco, quicumque necis, & funeris huius  
 Es reus, infandumque scelus vos parcite cæli  
 O superi? & magnas iam nunc demittite pænas.  
 Si quoque sublatum non condonata parentem  
 Noxa grauat, seuoque animū sub pondere pressū,  
 Crimen adhuc mistam purgantū detinet vmbriis,  
 Tenareisque rogis, longū quibus omne per ignē

Excoquitur



Excoquitur vitium, terræque è fæce nouantur  
 Victuræ mentes, cælique ad limen ituræ:  
 Vos illum, vt placidus post funera tanta quiescat,  
 Vulcani, o superi, rigidis dissoluite vinculis,  
 Ereptumque rogis, cæli super astra locate.  
 Vos quoque nunc viduæ fas est iam parcere matri,  
 Natarumque audire preces, domique iacenti  
 Fortunam antiquam, & titulos augere priores;  
 Quod tamen exposco rebus magis omnibus vnũ.  
 Fraudibus his animum, fædisque exoluite curis,  
 Ne patris, casus ve queam meminisse meorum;  
 Grande animi calcar memorata iniuria: cursus  
 Precipitat, turbasque hominum distulbat in Orcũ.

Hæc inter nemore ex denso, syluisque repente  
 Inscia dama canũ, venâtisque in scia, in hostes  
 Incidit, albentes trepidant circum vbera nati:  
 Par lætum, nemorũque decus, queis parceret ipse  
 Actæon, Phæbique manus, certęque sororis  
 Tela, nec vilius temeraret Oreadis arcus.  
 Insiliit vis dura canum, miserescimus vltro,  
 Atque ipsam è nobis gemituque, oculisque parētũ  
 Humanum sperantem aliquid, latēque tenentis  
 Poscentem auxilium; proiecto regmine vestis  
 Excipimus, sobolemque sinu tuta nuru inermem.  
 Vtque iræ cessere canum, pressique quierunt,  
 Prole sua illasam pecudem demittimus, illa  
 Effusa in montes celerat vestigia, qua dat  
 Sylua locum, natique pars se cursibus equant.  
 At non inmemores facti, de vertice rupis  
 Respiciunt, nosque inde oculis & voce salutant:  
 Bruca, serosque animos emollit gratia: Pyrrhæ

O lapides

O lapides? cælo genus intractabile? disce  
 Gratarum, superum disce hinc mitescere donis.  
 Tunc Iuvenem extremam effati, cõtedimur ultro  
 Ire viam, donec se Compostella superbis  
 Molibus elatam, temploque, & manibus altis  
 Turrigerum caput ostendit, metamque supremam  
 Læta dedit, ceptosque viæ finire labores.  
 Illa dies solemnis erat, quam Roma quotannis  
 Iacobo sacram dixit, propriamque dicauit.  
 Dumq; forum, templiq; aditus, & claustra subimus,  
 Iam baculo insignis, mitraque, & veste verendus  
 Antistes sacro adstabat, septemque tiaris  
 Purpurei circum patres, & maxima centum  
 Turba ministrantum, sacraque in sede canonum  
 Cuncti auro, gemmisque graues, pallaque decori  
 Ingens argentum manibus; clauasque tenebant  
 Thura alij incendunt, arasque, & sacra vaporant,  
 Mille ignes, & mille sonant per grandia cantus  
 Atria, festiuo resonant organa plausu,  
 Ingeminant citharæ, sonitus curuatur æthenus  
 Ad numerum, letos dant tympana pulsa boatus,  
 Extremumque altis respondent turribus æra.  
 Nos tamen, interea delubra ingentia circum  
 Submissi imploramus opem, precibusque citamus  
 Ductorem Hispanum, bellatoremque Iacobam,  
 Det miseris hastam vitiorum in bella, fidelium  
 Det clypeum, galeamque suis, ensēq; ministræ  
 Fulmineum, totamque inspirent corda Iacobum  
 Quosq; olim Hispanis victo è Mahomete triumphos,  
 Hos nobis Sygio det tandem è rege, tropicæ  
 Accumulet, palmasque ferat melioribus ausis.

Hac prece diuinos haustus, afflataque cælo  
 Pectora, & æthereos sensim sub corde fauores  
 Experti, nec cuncta licet monstrata profari,  
 Vos o cælicolæ solum numerare potestis,  
 Quas ibi relliquiæ, diuinique ossa Iacobi  
 Inspirare animis venientum, atque addere mēti  
 Delicias, quantasque solent incendere flammæ?  
 Hinc ego digrediens arces quibus altus Idumes  
 Præsidet, atque sacrâ lachrymis sic alloquor urbē.

O felix vna ante alias Gallæcia terras?

Non equidē antiquos ad te quod sâguinis ortus.  
 Hispani referant proceres, seu diuitis arui  
 Pingue solum teneas, vel quod te piscibus æquor  
 Reginam agnoscens placidis circumfluat undis;  
 Magna quidē hæc; surgit maior sed gloria, Maior  
 Quod te Iacobus, terris magis omnibus vnam,  
 Post habitis Solymæ templis, claræque Sionis  
 Arce superbifica, Romæque, & quidquid in orbe  
 Est magnū, incoluit, celebrēq; hac sede sepulchri  
 Esse dedit, semperque novos acquirit honores.  
 Hic saxo Isacides longa iam nocte vetusto  
 Obdormit, Scallamque poli testâ aurea reddunt,  
 Cui nunquam media vidit quam nocte Iacobus  
 Rupe super gelida, atq; horrentibus vndiq; dumis  
 Ante licet posuisse: leues ea machina cæli  
 Descendentum acies, ascendentumque tueri  
 Si valuit, nunquam superi vestigia regis  
 Sustinuit; Scallæ accliuâ de culmine summo  
 Constitit, opperiens humanæ examina gentis;  
 Hæc Deus, hæc homines subeunt, hæc iugit Olimpo  
 Terrasque, humanumque genus, verè locus iste  
 Terribilis



Terribilis, non ille aliud, nisi candida cæli,  
 Porta, domusque Dei. lapides, perfusaque Lusæ  
 Saxa oleo: præsentæ deo, via mollis ad astra,  
 Fit saxum.

Sic prior ipse, meus flenti simul ore sodalis  
 Multa addit, sacrasque domos, urbemque salutât,  
 Et tandem ante aras perfecto munere diui,  
 Vertimur ad Mondæ salicetta sonantia riuis,  
 Alcidæque iterum campos, urbemque subimus.

F. I. N. I. S.

LIBRI SEPTIMI.

---

LIBRI OCTAVI

ARGVMENTVM.

*Narrat Paciecus qua ratione cum philoso-  
 phia studeret, egerit de expeditione Indica,  
 navigationis successus, bellum cum Olandis, &  
 suam ad urbem Goam appulsionem.*

LIBER

## LIBER OCTAVVS.

*Studet  
Pacien-  
tus phi-  
loso-  
phia.*



OSTQVAM prima quies animis  
concessa viarum  
Dat se se studijs mens ardua, sus-  
citatur omnes  
Ingenij vires, sophiæ penetrantia  
tento

Noscere, & arcânos aditus, longèquè recessus  
Naturæ positos, quos mentis acumine rerum  
Magnus odorator, scrutatorque impiger orbis  
Pandit Aristoteles, montesque hausere Lycæi.  
Scire iuuat qua sede ignes præcordia mundi,  
Qua generent in parte aurum? quo sydere pontus  
Intumeat? queis terra parens animalia signis  
Procreet? & quantosælum se effundat in imbres?  
Quid solis, lunæque labor?, quæ funera regum,  
Quas acies, quæ fata rubens sub nocte cometes  
Nunciet? exiguas quando cultoribus agri  
Dent segetes? quantoque orbis libretur in axe?  
His ego bisgeminos tradebam sedulus annos  
Palladios inter iuuenes, & castra Mineræ,  
Cum dilapsa polo, noctesque, diesque recursans.  
Mens animo, fati iâ tunc bene præscia ad Indos  
Pergere, & immensis vitam obiectare periculis  
Me iubet, Eoisque fidem diffundere campis.  
Illa grauem sophiæ studijs, Latiusque Camænis  
Miscet amaritiem, subito fugere parentum  
Illecebræ, notique omnes è pectore, dulcis

*Agit  
de trā-  
sūdo  
in In-  
diam.*

Et patria, & quidquid gressus retineret, in vnda  
 It Lethes, similesque ferūt obliuia curas.  
 Obuia sola oculis, cordi sola obuia surgit  
 India, sola meos prædata est India amores.  
 Ah quoties? quoties, sera mihi nocte carinam  
 Indulgens animo fingebat somnus, & vnda  
 Consterni, velum expandi, retinacula scindi,  
 Aspirare austros, & me simulabat euntem?  
 Non me Ceilani flagranti luce pyropus,  
 Non ve suis pretiosa vadis Piscaria, diues  
 Non quæstus Malaca tuus, non concha benigno  
 Sole grauis, gemmasque orbi paritura ferebat;  
 Non merces Bacaine tuas, aurum ve Sofallæ  
 Optabam, roseis mihi non variata tapetis  
 Ormusia, aut toto florentes orbe Malucæ  
 Hanc properare viam, fluctusque secare iubebant.  
 Sed ne parua quidem diuini gutta cruoris  
 Incaſsum flueret, Solymæque vt fusa plateis  
 Tempeſtas pretioſa orbis ſuper vltima regna  
 Vndaret. ferretque Indis, Sinisque ſalutem  
 Optatam, & largi fluerent Iaponibus imbres.  
 Hæc vis intus agens, ſtimulos ſub pectore verſat,  
 Incenditque, trahitque animos. & corda volentis  
 Exilium hoc dulce, & patria mihi charius ipſa  
 Vt peterê, precibusq; patres, lachrymiſq; mouerê;  
 At qui tunc ſociæ tractabat gentis habenas  
 Stat rector contrâ, precibus nec flectitur vllis,  
 Nec lachrymis, redditque mihi reſponſa petetî,  
 Eſſe alios ætate pares, virtute Pæccum  
 Qui ſuperant, multisque annis tranſire priores  
 Qui mare contédât, Phæbique aſcendere in ortus,



Et ventos, primasque rates cum fletibus orant,  
 Non maria aufugere, in syluis superesse carinis  
 Robora adhuc, veteresq. ornos nec vela, nec aulces  
 Deficere, expectem reliquos mittendus in annos.  
 Ast ego responsis non vnquam talibus aures  
 Admoui, venio ad superos, dum terra precantē  
 Abijcit, & lachrymis, precibusque immota resistit;  
 Obtinui tandem, victique in vota, precesque  
 Rectores venero: timent obfistere, quando

*Soluit  
 in In-  
 diam  
 Pacie-  
 cus.*

Astra vocant, patriaque iubent discedere terra,  
 Ergo vbi prima fides ventis, pelagusque serenā  
 Dat faciem, ē Lyfio tandem retinacula portu  
 Soluimus, & terras nautæ clamore salutant,  
 Jāq. arcis magnæ instar equus mare ligneus altū  
 Paulatim exuperans lenta se mole ferebat;  
 Ast vbi clauigeras demisit rector habenas,  
 Velorum tunc ille alis, ceu Pegafus Euros  
 Præuertit, cursuque ferox despumat in vndas.  
 Inde vrbes fugiunt patriæ, sensimque superbi  
 Decrescunt montes, donec terra vltima fessum  
 Aspectum, nebulaque oculos frustrantur inanes.  
 Dat lachrymans de corde nouus suspiria miles,  
 Dant pueri, & matres patria fleuere relicta.

*Senex  
 naviga-  
 tione  
 detes-  
 tans.*

Proh natale solum? compes in fracta: parentem  
 Vix primum cænoque suo, campoque Damasci  
 Abstraxit numen, cum fortunata vocaret  
 Sylua, & vitali Paradisi ex arbore poma.  
 Tūc celsa stans puppe senex Rosēdus honestā  
 Canitiem diffusam humeris, barbamq. cadētē  
 In pectus, faciem rugis, frontemque rigentem  
 Ostendens, has testor, ait, Neptune fugacis

Temporis

Temporis exuias, puerum me rura profandi  
 Intraſſe, atque iſtã iam terque, quat erque tremã  
 Conſeciſſe viam, & vaſtum ſenſiſſe per equor.  
 Sed ſi viſa licet, totieſque experta referre,  
 Ex chalybe, & ferro, viuo ex admante reuſus  
 Ille fuit, cæcum primis ſuper æquora lignum  
 Qui poſuit, docuitque vndaſ proſcindere ferro.  
 Carnibus ille greges voluit ſaturare marinos,  
 Atq; homini ceto in magno fabricare ſepulchrũ.  
 Is precor æternũ Barathri ſub nocte, potit uſ  
 Arte ſua, piceoſ amnes, Stigiamque paludem  
 Nauiget infamiſ vector, feſſoque Charonti  
 Succedat, ſubigatque ratem, veliſque miniſtret.  
 Non ne foret ſatiuſ, confidentiſſime Tiphys,  
 Tellure in ſolida, iuuenemque, ſenemque quieta  
 Pauperiem perferre domoſ ſeu vinitor, agri  
 Seu Cultor, glaucæ ve foret frondator oliuæ?  
 Quam vita venale aurum, vanumque nitorem  
 Gemmarum mare per medium, fluctuſque voraceſ  
 Quæreret? ventorum pendere a flamine? & horreſ  
 Cernere vix tabulæ diſtans diſcrimine læthum?  
 Non ne ſatiſ fluiuoſ tranſcendere pontibuſ altos,  
 Et Minium, breuiſque Tagum tranſire faſceliſ?  
 Quid præmiſ inſanum ventis ſurgentibuſ æquor  
 Gens humana? domoſ ſtabileſ armenta per agroſ  
 Et pecudeſ habitant foueas, ramoſque volucriſ.  
 In noctem ſecura tenet, ſed noſtra ſodaleſ  
 Teſta vndaſ fundata volant, nocteſque, dieſque.  
 Sunt venti, pelagique rateſ, non vlla per vndaſ  
 Conſenuit, portuſ latet inſidioſa charybdiſ;  
 Anchora ſæpe fidẽ ſecuro in lectore rumpit,

Alligat illa rates, non te sequē Aëole prendit.  
 Heu quantæ nobis clades? quæ funera restant?  
 Vos maris immensi proles, genus omne natantū,  
 Te ratis, obtestor, casus visura marinos?  
 Quot tunc vota, precesq' pias soluemus? aruspex  
 Sim mendax, fundamq' utinā verba irrita vētis.  
 Dent superi meliora, ratesque, & vela secudent.

Dixerat ille: Deus dicto non abfuit, omen  
 Firmavit, nam dextri errant, cum certa sinistri  
 Dent vates, semperque malus diuinet aruspex.  
 Prætor Vlyssæo Mellus de littore quinque  
 Nauibus oceano ingenti florentibus ibat;  
 Non alijs antè ire datum, sed fædere certo  
 Associare ducem, circumque, aut ponè sequentes  
 Currere, & æquatis pelagus proscindere velis.  
 Sed vix Materix montes, & littora visus  
 Effugère aciem, reliquæ sub nocte carinæ  
 Cum nostram velis, & vasto corpore tardam  
 Quattuor anteuolant, ventisque rapacibus actæ,  
 Ductorem classis Mellum, puppemque relinquūt;  
 Nec posthac nobis longo maris æquore visæ.  
 Exin quid referam cursus mala funera nostri?  
 Quid memorè scopulos? tamidi quidve æquoris ūdas,  
 Et quantos sine sole dies, sine lydere noctes  
 Iactamur pelago, quantasque aspeximus oras?  
 Et quales hominum facies, quot seua ferarum  
 Millia, littoribus vastis errantia vidi?  
 Proh quantæ inter se cornu? quæ bella gerebant?  
 Qui gemitus? quantæque iræ? quo puluere? arena  
 Qua turbare diem, noctemque inferre solebant?  
 Quid referā oceano quot monstra natantia succis

Non



Non licuit spectare oculis? quid nare pluentem  
Balænam, faciesq. hominû, volucrûq., canûq.,  
Ingentesque boum formas, colubrosque marinos  
Adnare, & latas nimium sæuire per vndas?

Non ego crediderim tantum Troiane laborum  
Te quondam pelago expertum, talesque furentis  
Fortunæ casus Ithacum subiisse per vndas.

Nec tot monstra duci, non tanta pericula Gamæ  
Occurrafse reor, primus qui rumpere campos  
Inculti oceani, & rostro temerare profundum  
Ausus, & Eois inferre penatibus arma.

Quauis horribilem referentem damna Gigatē,  
Inque rates æquor, cælumque, & littora, & auras,  
Et totum in Lysios iuratum viderit orbem.

Hæc mare: sed nobis hominum dementia maius  
Bellum infert, quid non prædantû pectora cogis  
Auri dura sitis?

*Bellū  
cū Olā  
dis.*

Qua Libyæ extremi fines, & feruida tellus  
Sustinet ignitos Phæbo incendente calores,  
Laurenti titulo insignis, & nomine sacra

*Insula  
D. Laurentij.*

Frondescit, vastoque ingens iacet Insula ponto;  
Hæc maris hospitium in medio bene prouida nautis  
Constituit natura parens; huc tendere fessi

Optamus, nauem vt quassam reparare recisis  
Arboribus, falsosque artus, & tabida membra  
In roseis passim liceat distendere ripis,

Et temere errantes mensis inducere ceruos,  
Atque acrem saliente sitim restinguere fontē.

Iam procul optatas cernebat puppis arenas,  
Ac reasque polo cedros, & culmina montis  
Viderat intonsi, terrasiam vela tenebant.

Gratamur cælo aduentum, puppique coronam  
 Dant nautæ, festis implentur vocibus auræ,  
 Et iuuat antiquitiam nunc meminisse laboris.  
 Cum vigil explorans mali de vertice summo,  
 Hostis adest, cōclamat, adest, dux maxime Oládos  
 En septem aspicio, puppes, inimicaque nosco  
 Vela vident malos post montem, & saxa latentes,  
 Infidæ; heu! ferte arma citi, vocat hostis in arma.  
 Hic subito concussi animi, versique repente  
 Tot cantus, tot læta silent, sed maximus armis  
 Audijt hæc ductor constanti pectore Mellus,  
 Mellus amor Martis, notusque per æquora terror;  
 Colligere arma iubet, properèque aduertere nauẽ  
 Ad terras, firmumque latus opponere in æquor.  
 Nec mora, concilio nautas de more vocatos  
 Admonet, officijque iubet meminisse; peritos  
 Inde duces, iuuenesque hostem, bellũq̃ timètes  
 Excitat, & forti placidus sic pectore fatur.

*Ducis* Lusiadæ virtutis honos, gens nata sub armis  
*ad mi* Hic Barathri furia, terrarum tædia, & omnis  
*lites ex* Scylla maris, regi infidus, superoque Tonanti,  
*horta-* Infidijs septem sinuos in littore naues  
*tio.* Occultat, prædamque insignem expectat OláduS,  
 scilicet en superi tota quod mente petistis,  
 His dextris tradunt hostes, magnamque triũphũ  
 Materiem, laurosque dabit Laurentia fertis  
 Insula victrices, belli sudore coronæ  
 Florebunt: marcent arenti in vertice frondes.  
 Vos cælum spectat iuuenes, ponitque litandam  
 Perfidiam, vt largo soluant cum sanguine pænas.  
 Has etiam è longe prospectat patria dextras,  
 E quibus

E quibus antequam robur, memora ndaque facta  
 Maiorum que animos, certataque bella reposcit,  
 Omnis in hac puppi uestatur Lyfia, nomen  
 Hic vehitur proauorum ingens, hic gloria terris,  
 Atque mari toties nostrorum elata triumphis;  
 Si superamus, erunt cuncta hæc inuicta, iacebunt,  
 Si cadimus; vincens, veteri cunabula famæ  
 Est ratis, hæc eadem famæ est diuicta, sepulchrû.  
 Vos quoque sollicitus regali ab sede Philippus  
 Aspicit, vltioresque iubet dare puppibus ignes,  
 Communemque hostem, & gentes abolere rebelles.  
 Sed quid ego externos oculos bellantibus addo  
 Vincendi stimulos: satis o, satis incluta pubes,  
 Quod vos bellantes ipsi modo cernitis, ingens  
 Quisque sibi spectator adest: sunt fortibus ipsi,  
 Sunt oculi calcar, stimulisque ingentibus vrgent.  
 Hanc igitur quassatam Euris, pelagique ruinis  
 Absumptam, & multo viduatam milite nauem  
 Seruemus, flammisque hostem, ferroque petamus.  
 Pro rate decisa, vel pro compage soluta,  
 Quisque latus, corpusque armis opponat, & ipso  
 Obiectu medias hostem detrudat in vndas.  
 Quo magis effractus vires, & corpus inermum  
 Ostentat puppis, vobis hinc gloria maior  
 Lu liadæ accrescit, quorum non indiget vllis  
 Defendi tabulis virtus, nec robore naus.

Dum sic incensis animos hortatibus implet;  
 Iam rabida hostiles inimicant classica naues,  
 Iamque ferox Lyfias, facibus de puppe leuatis,  
 Impulerat Bellona tubas; tunc nostra iuuentus  
 Martem animo, Alcidemque bibunt, hostemque morantem



Ductorem circum expectant ingentibus ausis,  
 Elatosque altè gladios, dextramque potentem  
 Promisere duci, pectusque in bella paratum.  
 Dant capiti galeas, humeris thoracas ahenos  
 Imponunt, fortesque manus mucronibus armãt.  
 Iamque propinquabant naues, sed fictus Olandus,  
 More latrocinij solito, non clara mouendis  
 Signa dedit velis, nobis non prodidit arma  
 Illius clangore tubæ, diuinaque summis  
 Lusiam affigens simulauit stemmata malis.  
 Nil prodest simulata fides; nam Lyfia puppis  
 Aethæe instar magnis tormëta explora cauernis,  
 Ingentesque globos, plumbūque euoluit, & ignes,  
 Neptuni horrendos tonitrus, fumosque refusos  
 Regia pertimuit, totoque ex æquore pisces  
 Aufugiunt, Nymphæq; maris reuoluta relinquūt  
 Pensa manu, latebras, obscuraque saxa requirūt.  
 Fulminat, infestosque ignes ratis Indica puppes  
 Mittit in aduersas, quarum quæ maxima, primi  
 Belli omen, traicëta globis furialibus, vndis  
 Hausta perit; reliquæ absce dūt atq; inde reductæ  
 Circundant, plumbique rogis fumantibus instāt.  
 Lusiam contra turrata mole resistens  
 Stat puppis, celeresque videns despectat Olãdos,  
 Fæta armis, animisque potens, ceu magna leonū  
 Intendit canibus mater latrantibus vngues,  
 Et vix exerto fugientes territat ore.

Talia Neptuni feruent dum prælia campis,  
 Impia se se ipsam discerpens Hæresis antro,  
 Vipere asque effussa comas, & veste recisa,  
 Inferni sedem obscuram clamoribus implet.

Accurrunt

Accurrant famulæ, Rabiesque, atque Ira trilinguis,  
Ambitio, & sæua Impietas, humilesque Rapinæ  
Circunstât, dominamque alta de sede labantem  
Accipiunt manibus celeres, tristesque requirunt,  
Quid ploret? tantas quis nam dolor excitet iras?  
Illa; mei percunt pelagi sub gurgite Olandi,  
Insultant Lysij, & quid plorem quæritis? Eheu?  
Tu potius, dum tempus adest, velocior ito  
Impietas, mihi fida comes, Lysixque carinæ  
Da flammam, tacitosque infer victoribus ignes,  
Vix hæc: infrendens currit dea sæua, facemque  
Tartareis furiosa rogis, atque ignibus atris  
Abripit, & terras, pelagique euecta sub vndas,  
Exijt, atque oculis bella omnia circumspexit.  
Hinc fumos armorum inter, nebulamque refusâ,  
Tecta subit nauem, nostrisque furentibus ignem  
Implicat, inde suis Dea se bellantibus addit,  
Inspiratque iras, animosque, & bella, rubenti  
Effulget clypeo, gladioque rotante superbit,  
Ignis at instanter pini sub fragmine tectus,  
Concepit robur, malosque elapsus in altos,  
Ingentem cælo sonitum dedit, inde secutus  
Per funes victor, perque ardua carbasa regnat,  
Et totam innoluit nauem: nec tardior hostis,  
Successu exultans, ausis ingentibus vrget  
Omne latus, Lysiosque premit fumante carinæ;  
Inuadunt, classisque omnis spumantia flammis  
Ora fremit, vastisque eructat hiatibus ignes;  
Adstantesque aliquot sublimi in culmine prore  
Disturbant, franguntque artus, & tempora plûbo.  
Tunc nostris horrere comæ, sanguisque gelari  
Incepit

Incepit, non tanta putant sibi bella parari.  
 Atque inter flammæ cæli conuexa tuentes;  
 Sic magnum afflictæ Laurentum voce precamur.  
 O Diue hæc sacro cuius sub numine terra est?  
 Cui nimium placere ignes, cui ferrea crate s,  
 Atque rogi, atque faces, atque alta incendia cordi,  
 Da dextrâ nauî incensæ, da fræna furenti  
 Vulcano, sædosque rogos, atque omen in ipsos  
 Verte hostes, Lysijsque animos, & tela ministra.  
 Hæc inter nauæ insistent occurrere flammæ  
 Grassanti, breuiterq; ignes, cælo auspice, & aurâ  
 Extingunt, Vulcanus, aqua superante, resedit.

Hinc iterum Lysijs redit in præcordia virtus,  
 Arma animis, arma ore fremunt, cælum intonat igês,  
 Atque æquor, gemitumq; altè caua littora reddunt;  
 Grandinat igne ratis, feruetque volatile ferrum;  
 Excrescunt animi Lysijs, geminasque carinas  
 Bellorum euentu vario, post multa cadentum  
 Funera, cum sonitu vasto immerfere profundo.  
 Iamque hostes, & tela natant, it parta rapinis  
 Præda mari, itque Indi merces, & gaza per vndas.  
 Ipsi inter fluctus piratæ haud fata timentes,  
 Immemoresque sui, prædis fluitantibus ambas  
 Iniecere manus, prædæque, latroque vicissim  
 Complexi apparent vndis, iterumque voluti,  
 Impetunt, tandemque sua Neptunus auarum  
 Prædonem Stygio fratri cum merce remittit.  
 Sic geminæ periere maris sub gurgite puppes.

At alia armatis melior, quæ gentis Olandæ  
 Ductorem Orlandum, bellatoresque gerebat,  
 Incurfat, propiorque ruens, decernere ferro

Aggreditur



Aggreditur, gladiosque rotat, sed Lyfia pubes  
 Ictibus expellunt ictus, atque ensibus enses  
 Obtundunt paribus, medio certamine Mellus  
 Fulminat, insultansq' hosti, magni agminis instar  
 Incendit Martem, nec non Menesius heros,  
 Almeidæque duo, fatali Castrius ense  
 Velindum obruncat, quo non prestantior alter  
 Gentis Olandinæ Mauortius induit arma.

Centum alios gladio cædit, cunctosque reposcit  
 Ad meritam Pereira necem, Mauritius ictu  
 Soufa tuo, Bembusque iacēt, Siphphenus, & vffers;  
 Vnda rubet, mistoq' augentur sanguine fluctus.

Tunc vero Orlandina acies, deuotaque morti  
 Pectora, ne cuncti ru erent impunè, laceffunt  
 Bella acres, spirantque oculis flagrantibus ignem,  
 Zelandus clypei velox se totus in orbe

Abfcondens, iterum crebros effusus in ictus,  
 Improuisus adest cunctis, Limamque retundens  
 Vulnere deiecit magno, Lixonus Amadam  
 Disturbat, Tanoramque petit, fortemq' Rebellū;

Nec minus Vuiclenus ouat, dextramque Marino  
 Amputat, at Lyfio manus est satis vna: superbum  
 Impetijt, latoque enses sub pectore condit,  
 Dextræ vltix, factisque negans, se læua sinistra.

Iamque ferox animi, sed nunquam viribus æquis,  
 Corpore in angusto, verbisque procacibus audax,  
 Crine ruber, longisque minor Stafortius armis,  
 Occurritque, ardetque furens, insultat, & vrget,

Lufiadum vocale malum, Lopesius vsque  
 Obseruans oculis, se se Iacobus in ipsum  
 Inijcit, & Barathri socijs ferus immolat vmbriis,  
 Atque

Atque haste caput affixum de puppe lenauit,  
 Auulsamque manu linguam proiecit in æquor,  
 I, memorans, i lingua procaz, teque eluc in vndis.

Hæc videt Impietas, magnisq' furoribus, inquit,

Quò tâdê? vsq' iuuat naues timidissima pubes  
 Tradere Lyfiadis? heu! quò, quò gentis Olandæ

Excessere animi? virtus quo maxima cessit

Orlandi? Crenique senis notissimus ensis?

Discedam, dominæque petâ lachrymabilis antrû

Hærescos, talem præsens heu cernere casum

Haud possû? hæc memorâs fugit indignata sub ūdas.

Audijt, & supplex Zelandæ gloria Crenus,

Grande tuos o numen, ait, ne desere Olandos,

Verte gradum, rege Diua tuos, hanc aspice gêtê,

Quò diuersa fugis? nec plura locutus, honestam

Canitiem, bellis natam, assuetamque triumphis

Diuellit, dextraque genas percussus, inertes

O socij, vecorsque genus, conclamat, Olandi?

Digna deæ aspectu, & veteris facta æmula famæ

Edite, maiorumque animos reuocate; loquenti

Infligit vulnus, fixumque in vulnere telum

Linqvit Asebedus, gladiumque ex hoste reuellit,

At gladii tunc Crenus inops, de vulnere telum

Extraxit, latèque hostis in corpus adegit;

Ambo cadunt, teloque viri moriuntur eodem.

Iam rauci resonât litui, festusque tubarum

Auditur sonitus, rabidi tamen acrius enses

Crudescunt, altaque acies in cæde rubentes

Insistunt pariter, donec cum vulnere tardus

Orlandus se ductor agens, clademque suorum

Conspiciens, gladio ciccto, dare vela iubebat

Victa fugæ, & fractas pelago conuertere proras.

Aufugiunt, Lyſij feſtis clamoribus auras

Impellunt, rident miſeros: i turpis Olande,

I vecors, ſocijs fida hæc reſponſa referto;

His dextris ferrum premitur, non caſcus, iro

Perſide, molle pecus mulge, compone butyrum,

Dum ferrum Liſij tractant, pelagoque triumphât.

Sic clamant, nimiumque dolêt, quod Lyſia puppis

Tardior, atque mari, belloque effæta ſurenti,

Non poſſit magnos pelagi tranſcurrere fluctus,

Imbellesque ſequi, totoque arcere profundo.

Interea obſcuris terras nox obruit alis,

Vtque iterum lætos Auroræ vidimus ortus,

Grande tibi ſacrû, atq' ingens cadit hoſtia magne

Laurenti, malique alto de vertice pendent

Signa ducum, captique enſes, galeęque comantes.

Exuuiæ belli ingentis, teque auſpice captæ.

Nec mora, Pęonias medicamina multa per artes,

Vulneribusq' paramus opẽ; dehinc naue virêtes

Egreſſi in ripas, primum dare tempus humanis

Cura fuit, tumulique animis celebramus honores.

Nam ſeptem Bellona viros certamine nobis

Abſtulit, & cæſis pro millibus obtulit hoſti,

Inferiasque, hoſtesque dedit, qui gentis iniquæ

Exanguis agerent telis victricibus vmbraſ

In barathrum, & portis clauſis adamâte, ſub auras

Euecti, ad ſuperos, atque aurea tecta volarent.

Hos poſtquam, gaudente ſolo, terra alma recepit,

Nos fluuios petere irriguos, atque arboris altæ

Cæpere poma manu, ramosque imponere frõti

Cæpimus, omne nemus ſertis ſpoliatur, & arbor



Tu quoque decisa dux o fortissime lauro  
 Tempora circumdas, tibi dū parat India gēmis  
 Prodigā, rostratam nauali ē cæde coronam.  
 Hīnc varijs cælum aucupijs, venatibus agros  
 Expoliant iuuenes, viridique in gramine mensas  
 Construimus, puerique dapes, & pocula ponunt.  
 Glandiuorum trahit ille suem, verubusque re fixū  
 Hic leporem, pingues satiant conuiuia cerui,  
 Quadrupesque aliæ decorant, cæliq̄ volucres  
 Hæc inter magnis nostri crateribus hostes  
 Inuitant, nauesque vocant fugientis Olandi  
 In partem, fortemque dapis, mitisque Lyçi.

Sic postquam victu reuocant in corpora vires,

Vnā omnes superant collem, cedrosque recisas,

Atque trabes humeris, & nunquam peruia ferro

Ligna ferunt, quassamque ratem frondēte Diana

Instaurant, renouant malos, & vela reponunt.

Hæc inter sonitum, ingētem strepitūq̄ sonātū

Audimus nemorum, cunctis expalluit vndis

Insula, grande caput motabant frondibus orni;

Per littus, per saxa fragor, perque antra resultat;

Nec mora, cum magnum voluentē corpore toto

Confertum tegmen squamis properare draconē

Cernimus, ardentemque oculis, flatuq̄ veneno

Turbantem solis radios, herbisque vomentem

Ore necem, pecorique luem, gentique pauorem;

Colla super, geminosque armos secundus inhorret

Grex capitum, maius reliquis tamen ōnibus vnū

It nimum cælo elatum, terno agminae dentunt

Armatum, cristæ exurgunt, grandisque per amplā

Frōtē oculus, pēnæq̄ humeris, sub pectore voluit

Centum

Centum vngues, caudāque trahit per iugera cētū.  
 Grandior inde metus, monstrum cū voce locutū  
 Humana audimus; cur vos mea regna subistis  
 Iniussī, Lisi; audaces? commissa luetis  
 O viles animā, dentumque indigna meorum  
 Esca? meum cunctos os primo absomet hiatu,  
 Et latas ventre hoc tumuli sacrabimus aras.  
 Dixit & horrendo tremuit nemus omne boatu.  
 Tunc nobis cecidere animi, nam ferrea longe  
 Arma viris, non saxa fero, non cuncta resistit  
 Gens sudibus, spes nulla fugā; tunc auspice cælo,  
 Occurrit, sociisque fauens pereuntibus, hastam  
 Ingentem souasa intorsit, volat illa per auras,  
 Præfigitque oculum, turpique immissa cerebro  
 Constitit, immensūque hausit tepefacta venenū,  
 Et media tandem monstrum resupinat arena;  
 At ne grande decus, certāq; in vulnere dextram,  
 Ne comitum plausus, palmasque impunē videres,  
 Invidit fortuna tibi souasa in clyte factum?  
 Namque animis confise tuis, diuellere telum  
 Dum propereras, furiale malum, virusq; per hastā  
 Transit, & validam nativo frigore dextram  
 Corripuit, læthumque ferens in pectora adegit;  
 Inque latus dextrum dum se se bellua voluit,  
 Te super incumbit moriens, iterumque reluctans,  
 Eri gitur, vastoque cadens sub corpore pressit,  
 Nos pauīdi si miles casus, tactumque veneni  
 Morrentes, misera sublatum morte sodalem  
 Linquimus, & tristi supremū voce ciemus,  
 Mellus at in fausti casum miseratus amici,  
 Corde trahit gemitum ductor, galeamque solutis  
 Humectat

Humectat lachrymis, pulsant suspiria fortem  
 Thoracem, ac tãdem inuenem sic plorat adẽptũ.  
 Heu mihi quale decus perdis modo Lysia? qualem  
 India ductorem præsentis funere perdis?  
 Proh terra exigua, & tumulo sitientis arenæ  
 Indigus? ignarus, monstris data præda, ferisque  
 Sousa manes? sed grande tibi tua facta sepulchrũ  
 Instaurant, hostisque iacens sub mole, triumpho  
 Ingenti, victorque tuo tumulatus honore es.  
 Talia iactabat lachrymans; cum montibus altis  
 Mille aliæ pestes, atque agmina sæua draconum  
 Longæuo inferias proauo, gemitusque daturi  
 Descendunt; raptim nauem cõscendimus omnes,  
 Atque iterum longos, vecti uada feruida, cursus  
 Instamus, donec magnum conspeximus Indum  
 Ire superbifico amne, insultantemque recuruis  
 Littoribus, tandemque vadis, campoque patentĩ  
 In mare pacatos voluentem gurgite fluctus.

Goa.

Insula tunc felix se se venientibus offert,  
 Quã, veluti gẽmã insignẽ, tenet annulus orbis  
 Crystallo insertam, Tethysque argentea circum  
 Ambient, & alternis præbetque, petitque nitores.  
 Hic Goa, nascentis cunabula rosida solis,  
 Mænibus elatis, domibusque euecta superbis  
 Consurgit, cæloque altum diadema recondit.  
 Hanc olim validam gente, & florentibus armis  
 Munitam euicit, vastaque in cæde cruentam  
 Terribilis Lysio dedit Albuquerqueius ensi  
 Captiuam, iussitque tibi dare colla potenti,  
 Emmanuel, pedibusque tuis offerre coronam;  
 Atque iterum attollentẽ animos, belloq; superbe  
 Elatam,



Elatam, & Lysia reuēntem fræna subegit,  
 Vt foret Eoi sublimis regia sceptri,  
 Proregique domus, portusque, & meta carinis,  
 Quæ Lysia ex magnalōginqua per æquora dities  
 Auroræ populos, Orientisq; arua subirent.  
 Hæc modo iactatam statio fidissima puppem  
 Excepit, fessisque dedit pia littora nautis.  
 Vrbe domus media, tollit se se ardua Pauli,  
 Nostrorum antiquæ sedes, hæc limina ab vndis  
 Me fessum, errantemque octo superæquora menses  
 Excipiant; non ipse tuos domus hospita honores,  
 Ore feram, satis est Pauli quod nomina serues,  
 Atque animos, titulosque geras, vt maxima cūctas  
 Iesuadum tu sola domos ingentibus actis  
 Exuperes, aliasque tuis virtutibus æques;  
 Hæc cum Xauerij dextra imperiosa locauit,  
 Vt foret indigenis, Lysioque ex orbe profectis  
 Hospitium sublime dedit, decus inclyta tantum  
 Seruat adhuc, cunctosque domus seruabit in ænos.  
 Hic finis cursus, & meta optata viarum.

Collegi  
 um So-  
 cietatis

FINIS

LIBRI OCTAVI.

LIBER

## LIBRI NONI

## ARGVMENTVM.

*Prosequitur Paciecus vita sua narrationem: qua in India gessit, navigationes in Sinas, & Iapponiam, gesta que in his locis, ad illud vsque tempus, quo a Cubosama in Sinas relegatus est.*

## LIBER NONVS.



*Gastra  
presu-  
os Pa-  
ciecus  
casu in-  
uenit,*

IX pelago Phæbus capitis ter  
lauerat aurum,  
Cum superû lustrare domos pro  
fospite nauî,  
Proque via incolumi persoluere  
plurima ad aras  
Vota, precesque ibam; gemini tunc fortè platez  
Lusiaci iuuenes, præstanti corpore, & armis  
Conueniunt, comitesq; viæ se adiungere gaudēt;  
Multa super Lyfia rogitant, de Principe multa,  
Quid bello, quid pace gerat? quem maxima Patrē  
Roma colat? qui bella duces: qui magna potētes  
Europa in tota moderentur scepra tyranni?  
Expono, plura inde rogant, passimque requirūt.  
Dumque salutatis Diuorum altaribus, ædes

Ad nostras conuerto gradus, i, dixit vterque  
 Discedens, i chare Pater, nosque inde subesse  
 Imperijs agnosce tuis, nec gratius vnquam  
 Esse aliquid nobis, quam sint tua iussa, futurum.  
 His reddo: officiis haud vos certasse priores  
 Pæniteat, rectum me siquid Numen ab aëtris  
 Auscultat, precibusque meis accommodat aures,  
 Vos ego pro meritis, & tanti gratia amoris,  
 Militiæ claræ ventura in prælia cernam  
 Ductores, magnaue Gœ plaudentis in aula  
 Proreges, Asiæque feris dare iura tyrannis.  
 Sed Lyfia in magna vobis quæ patria quondam,  
 Quod gentis fuerit nomen, quis sanguinis author  
 Dicit? nam tales non vos inhonora parentum  
 Obscuros proavis, aut priscae lucis egentes  
 Plebs humili de gente tulit, vos gloria formæ  
 Prodit, & egregio producti è sanguine mores.

Tunc natu maior referens è pectore vocem,

Dura, iquit, renouare iubet pater optime nobis;  
 Germani sumus, & fluuij Limensis ad oras  
 Progeniti, inque Indos missi puerilibus annis,  
 Nequondam robur, fortesque ætate virili  
 Nactæ animos dextræ hæ, patrio pro sanguine penas  
 Expeterent, lueretque nefas, & crimina Paulus;  
 Nam (scelus infandum?) matris ante ora Pacecū  
 Vidimus indigna sublatum morte parentem,  
 Vidimus, & patrio respersum sanguine Pænum.  
 Hic faciem subito casu mutatus, vtrumque  
 Amplexu teneo, nobisque est omnibus idem  
 Est, dixi, pater, o iuuenes, est patria, & idem  
 Nos Pænus, matremque vnâ cum patre peremit.



Illi vbi res animis nunquam præuisa quietem  
 Restituit, vocique locum corda ægra dederunt;  
 Tu ne ille, exclamant, qui nos ætate puellus  
 Liquisti, patriamque domum? tu ne ille parentum  
 Deliciæ, Franciscus ades? quo numine ad istam  
 Te sortem, similesque habitus, & munia vitæ  
 Seruarunt Superi? nos vt post tanta videres  
 Funera, & amissum fratrem sub Marte cruento?  
 Sic memorât, saluusque rogât, senioq. superstes  
 Extet auus? germanæ omnes? superet ne requirût  
 Omne genus nostrû? & fletu læta ora madescût.  
 His responsa damus, passimq. exposcimus vltro  
 Quæ fortuna viris fuerit? quæ prælia? quales  
 Exuiciæ mancant? quæ primo in flore iuuentæ  
 Mors alium fratrem, quæ tristia bella tulerût?  
 Queis tandem ille ferox Antonius occidit armis?  
 Enarrant, fratrisque inuicti in cæde morantur;  
 Non illum, non, Gaspar ait, Bellona pudendis  
 Vulneribus, non illum hostes impunè tulerunt.  
 Postquam Mars Lylius classe Azebedus, & armis  
 Ceilani populos, inuictaque regna subegit,  
 Ingentes murorum arces, & tecta Columbi  
 Construere, & vallo circum obfirmare iubebat.  
 Incubant omnes operi, lucoque virentum  
 Obscuro nemorum ramis, ligna aspera septem  
 Cædebant validi iuuenes, sociosque securi  
 Ante alios melior, dextraque Antonius ibat;  
 Cum nemore ex denso hostili de gente repente  
 Se fundit glomerata cohors, fugère sodales,  
 Atque alas pedibus celeres, Eurosque dedere,  
 Sed tali nunquam fortis se Antonius arte

Tutari didicit; pedibus stat fixus; in ipsis  
 Spem vitæ manibus ponit, longeque bipennem  
 Abijcit, & validum denu dat viribus ensẽ.  
 Iamque duos, ternosque Orci mãdauerat vmbriis,  
 Atque manus alijs, naresque, atque ora furenti  
 Truncarat gladio, tandem pharetratus Efinus  
 Iam super vnus erat, supremo hunc ille duello  
 Bellator, gladijque potens petit arduus, ictum  
 Declinat, celere inque manu crudelior hostis  
 Expedit intendens arcum, volat acta sagitta,  
 Et fratri inuictum pectus transmissa recludit;  
 Dextra iacet, victorque ensis, corpusque theatrũ  
 Magæ animæ, illustri projectum cæde recumbit,  
 Victores tamen ore oculi, similisque minanti  
 Majestas, iræque graues in pectore viuunt.  
 Audiit, & lachrymis casum Azebedus iniquam  
 Defleuit, tumulumque viro, titulumque dicauit,  
 Arma super, gladiũq̃, altumque insignẽ, bipennẽ  
 Addidit, & maguos tumuli celebrauit honores.  
 Corpore non moritur virtus; facta in clyta seruat  
 Indus adhuc, Gangesque; æui non legibus vllis  
 Facta, nec obliuio concedunt victa sepulchro.  
 Sic memorant, noctemque polo referẽte, recedũt.

Hic postquam extremos studijs maioribus años  
 Impendi, præcepta dabam Latialia turmis,  
 Flectebamque pios animos, & corda iuuentę  
 Cereæ formabam dictis, nam fixa sub alta  
 Mente manent, pueri, quæ discimus; acrius anni  
 Virtutem hi seruant memores, morũque tenaces.  
 Sæpe etiam agrestum, deserta per auia, pagos  
 Ingressus, latam esse viam, facilemque Barathri

*In In-  
 dia ab  
 soluta  
 Theo-  
 gia, do  
 cet lati  
 nitatẽ  
 cõcio-  
 natur.*

Descensum, innumerasque illuc noctesq', diesq'  
 Ire hominum turmas, ignesque intrare docebam.  
 E contra ad superos, vitreisque ad culmina cæli  
 Callibus angustis, & paruo tramite solos  
 Ire pios, meritoque polo regnare per ævum.  
 Nec non & solita decoratus arundine dextram

*Docet* Per plateas, vrbisque foram, sedesque sacratas  
*doctri* Insigni pompa, & sacris præeuntibus ibam  
*nam* Vexillis, cantuque pio, fidibusque canoris;  
*christi* Atque ad conuentum populis de more vocatis;  
*nam.* Prima Dei, Fideique docens elementa canebam:  
 Multa petens, puerosque rogans respōsa, vocatus  
 Quisque dabat, ni certa tenet, meliora daturus  
 Alter adest, faciliq'ue manu cum pectore frontem  
 Designat, dehinc iussa refert, & præmia poscit.

Interea vestra rediens ab sede Iacobus  
 Aduenit, illustres cui tunc Iapponia reges  
 Quattuor addiderat, longinqua per æquora secū  
 Ut ferret, peterentque Indos, Lyfiæq' superbās,  
 Atque alias Europæ vrbes, & scepra viderent.  
 Nec non septenas arces cum grandibus irent  
 Muneribus, colerētque pedes, dextramq' potētis  
 Clauigeri, munusque darent, & verba referrent.  
 Utque ipsum adstantem aris, maiestate suprema  
 Aspicerent, Tyrioque Patres in murice, & vrbem,  
 Terrarum tēplum augustū, atque ingētia quæq'  
 Sole sub occiduo Romana palatia seruant.

Is fuerat nobis materna ab stirpe propinquus,  
 Et mecum transire dies, & regna, locosque  
 Sæpe istos, hominumque habitus, moresq', deosq'  
 Iapponum, longam in noctem narrare solebat;

Hæc



Hæc audita ferunt animos, sensimque volentem  
 Incendant, subiit sparfos super æquora fines  
 Iapponum penetrare, Deiq; ad scepra tyrânos  
 Purpureos, turbam immensam, Bonosq; vocare,  
 Imperiumque istud Christi supponere plantis,  
 Sexaginta ultra regnis, totidemque coronis  
 Magnificum, sed fama orbi: tot sæcula, & annos  
 Ignotum, falsaque deùm ditione subactum.

Mens ergo durare nequit, pectusque laborum  
 Explorator amat per inhospita saxa, pervndæ *In Iap*  
 Ire iterum, magnasque vrbes, terrasque repostis *poniã*  
 Iapponum superare: tenent vada falsa carinæ, *velisic*  
 Conscendo, dant vela notis, atque æquora vertūt. *cat.*  
 Multa per vndiagos experti incõmoda tractus  
 Sinarum colles, atque alta cacumina tandem  
 Cernimus, & lætas paulatim abradimus oras. *Insula*

Obuia Sâsacni vix se dedit insula nobis, *Sâsac*  
 Prodigium, casusque ratæ cum terruit ingens, *ni.*  
 Regnator nam rupe sedens Neptunus in alta,  
 Nos dextra, missoque vocat Tritone per vndas  
 Utque propinquamus, regem graultate verendū  
 Cernimus, effultum folio, vitreoque tapeti  
 Ornantem ripas, rupemque, & saxa tegentem,  
 Læua vnam gemmis variam, dextraque tridētē  
 Coralij nitidum rubris, auroq; micantem  
 Gestat ouâs, quo regna maristremefactaque scūt,  
 Hispida barba riget, limosos vertice crines  
 Conchatum diadema premit, per colla retextæ  
 Argentosquamæ radiant, per corpora vestis  
 Crystallo ex nitida, flauaque effulget arena.  
 Tritones læua adstabant, dextraque uenustæ

*Cymothoe*

Cymothoe, & Glauce, nec non Panopea sedebāt,  
Cunctorū auro insignes, iunctisque virentibus apte.

Tunc ille: & mundi qua vos regione profecti?

Aut quæ barbaries, vos qui miser angulus orbe  
Progenit? non facta vnquā, facta in clyta magni

Xauerij audistis? terræ, igiturque locorum  
An ne huc accessit? compefcite vela, tenctis

Sanfacni lætas oras, patet insula, magni  
Xauerij hospitium extremum, primūq; sepulchrū.

Nam postquam Europam fatis ingentibus actus  
Deseruit, Gangisque oras, Indique potentes

Inuilit populos, lapponumque arua subiuit,  
Hanc tenuit tandem, primis altaribus ritos

Sacravit montes, Christi que insignibus auxit;  
Hinc claros peteret Sinas, vicinæque regna

Tartaridum, nigrosque Afros, Arabasq; Sabæosq;  
Intraret, Nilumque suo sub fonte videret,

Iret ad occasus solis, gelidasque per Arctos,  
Terrarum commune bonum: quod si nihil vltra

Terra daret, angustam incusans iret in astra.  
Ipsa sed ab ætheris tantum inuidere morantem

▲ tra virum: lachrymās hinc tandē Parca recidit  
Maiores hoc mūdo animos, vixq; omnis Olympus

Exciperet, ni se, angusto iam limite, dignum  
Concessura locum, itiparent lumina celo.

Ergo procellosos quoties hos tangere fluctus  
Sorte datum, seruate locum, dominumq; profūdi

Xauerium, terræque huius, de puppe vocate  
Suppliciter cuncti, votumque his soluite laxis.

Nos pauidi terram, montesque a puppe beatos  
Oramus precibus, Numenque in vota vocamus

Xauerij,

Xauerij, Regique maris sua iussa, suosque  
 Gratamur monitus, atque omnia læta precamur.  
 Vix hæc, argentum genitor descendit in altum,  
 Tritonesq' leues, Nymphæq' hinc, inde sequuntur  
 Per medios regem fluctus, humerisque profundi  
 Sūma tenent, pinnisque natant, & vitrea pulsas  
 Nablia, festiuo resonant caua littora cantu,  
 Victor iō Xauer? clamat chorus omnis, & omnes  
 Conclamant vnda, nobis tua nomina dulce  
 Carmen erunt, pascet pecudes dū terra, volucres  
 Dum cælum, & muti fulcabunt æquora pisces.  
 Sic fidibus, choreisque vacant, & carmina dicunt.  
 At nos inuiti tandem diuellimur oris,  
 Atque vndis Sansacne tuis, dat rector habenas,  
 Collectasque Euro velorum expandimus alas.

Inde Amachai latè supereminet vndis  
 Insula, qua Lysij Sinarum rector habere  
 Hospitium, sedesque dedit, sædusque recepit  
 In patriū, haud regno indecores, gētiq' futuros.  
 In magnūm leuat ima Deus: magalia primum  
 Parua inopes posuere solo, queis nomina tantum  
 Urbis erant, ratibusque aptus cum littore portus;  
 Inde opibus creuere animi, passimque superbam  
 Erexit gens illa caput; vix fortior vlla  
 Vrbs pelagi magnis tutatur mænibus vnda.  
 Hic Lysius modō Prætor adest, clarusque tiare  
 Antites, delubra auro splendente refulgent.  
 Primum Amachai paruo discrimine nomen  
 Seruat adhuc, minuit Lysij, dicuntque Machaū?  
 Haec cum defessi quondam peruenimus oras,  
 Iam tunc diuisis, atqueque vrbis illa potenti es

Amachai  
 Insula

Machai

AEquabat



At quabat populos, iamque illuc Sina, Malucis,  
 Aethiopesque, & diues Arabs, cū Perfide, & Indo  
 Cōtulerant merces varias, locuplesq; frequēter  
 Iuppibus adueniens dederat commercia Iappō.  
 Hic quoque se nostræ tollit domus in clyta gētis  
 Ara vobis, Fideique altum florentis asylum,  
 Quo tua se tandem sacrae redimicula mitra  
 Melchior abscondunt tumulo, cæloque verendi  
 Seruantur cineres, hoc nō data regna, nec vrbes  
 Aethiopū meruere, hoc non Iaponia votis  
 Promeruit, cui sacra tuos celebrare Hymēnos  
 Roma dedit, rarasque thori seruare secundas.  
 Hac Iustrū, inuitus, sacra in sede moratus,  
 Sublimi ē folio diuinæ Palladis artes  
 Expono, Numenque vnum, ternumq; vicissim  
 Gignentem, Genitumque Deo, flāmāq; profectā  
 Pectore ab utroque, & dotes, & quidquid in alta  
 Mēte Deus, quid corde gerat, quid dextera possit,  
 Qua terras ratione regat, qua luce beatos  
 Persendat, que iure reū in facta in pia damnet;  
 His ego diuini semper monumenta Suarū  
 Pōtē se uer calamo, & vestigia semper adoro.  
 Hinc iter incaptū perago, & cælo auspice trade  
 Hunc iterum Neptuno amurā, ventoq; furētū  
 Ludibrium, vt tandem Iaponica regna tenerē,  
 Vel I pelago, & mor sis irem data præda manūis;  
 Indulsi precibus Numen, facilisque per equos  
 Me vexit, vestrisque faciens Deus appulit oris;  
 Sed quid ego enumerē casus, qui uicinde squātus  
 Fruentus, referam socij? fastigia rerū  
 Summa sequar, nā filia huius nox humida telæ

Ma-  
 chas  
 Pacie-  
 cus Tho-  
 locia  
 docet.

A Siō-  
 nis in  
 Iappo-  
 niā sal-  
 uit.

Iam legere, & somno cōponere membra iubebat.

Hic mihi lapponum voces formare labellis

Cura fuit, didicique iterum puerafcere, cum iā

Et canos capiti, & rugas inspererat ori

Grandior, atque alijs curis iam dignior ætas.

Atque vbi sermonū varios lingua aspera flexit

Ore sonos, tenuitque harum discrimina vocum,

Vltima regna Cami Quisani naue profectus,

Contendo, iam vela auris impleuerat Eurus,

Et propē iam portum fluctus emensa tenebat;

Cum grauis, & multa veniēs cum grandine cælo

Densatur, naue mque super se se horrida nubes

Extendit, variat pelagus, cælique serena

Vndique mutatur facies, nitor omnis, & omnis

Lux moritur, miscentque mari fera prælia venti;

Vorticibus fracti recidunt in Tartara fluctus,

Atque inde elati celsas aspergine nubes

Irrorant, vocesque polus vicinior audit

Poscentum, durusque preces furdescit in omnes;

Inde fragor, tonitrusque aures, & fulgura visum

Impediunt, iam sæua ratem vorat æquore Tethys,

Iamq' iterū emergēs auras tenet humida puppis.

Deriguit sanguis, nautas timor occupat, ipse

Ore gubernator pallens contraria versat

Consilia, inculsatque ratem, clauumque rebellem

Imperijs, solumque vndas, austrosque sequentē.

Sic iactata salo, rapidis ludibria ventis

It nauis, fluctusque atros superare laborat;

Donec victa mari, malosque effracta, profundo

Dat latus, inque caput versos cum vortice magno

Me miserum, atque alios piccas exturbat in vndas.

Tunc

*Nauigans ad  
Cami  
populos  
nausfragatur.*

Tunc ego dum fluctus tendo superare natatu,  
 Cerne tuum, dixi, lapponia chara Leandrum,  
 Cerne faces, animique ignes, queis vnda tepescit  
 Frigida, serque manum, flāmasq' attolle natanti.  
 Talia dum memoro, iam brachia ferre laborem  
 Fessa negant, viresque cadunt, nec tendere cōtra  
 Neptunum, rabidosque valent obsistere ventos;  
 Tunc dextra prensantē æquor, salfosque vomētē  
 Nequicquam fluctus, iam sūma, atq' ima petētē,  
 Et tandem extrema Superos in morte vocantem,  
 Me sæuo eripuit letho Deus; ille camino  
 Me seruans, pelagi medijs de traxit ab vndis,  
 Meque tibi incolumem Vulcane optate reliquit.

Fluctibus emergens desertam littoris oram  
 Veste grauis, multāq' ferēs per corpora Tethym  
 Percurri, atque alta socios ē rupe vocauī,  
 Quæsiui, inueni tandem, fleuique repertos.  
 Namque mari expulsos miserando in littore vidi  
 Tonisum, exanimisque alios, puppisq' magistrū  
 Quisānum, limo informes, vluaque iacentes;  
 Perq' pedes, geminasq' manus, perq' ora cruētis  
 Vulneribus fædos; magna namque improbus ira  
 Saxa inter, cautesque vrgens eliserat Eurus;  
 Non visu cecidere animi, non horruit hirtum  
 Crine caput, licet atra oculis necis erret imago,  
 Quin ipsos, precibus circūm de more solutis,  
 Condidī, & effossē mandauī solus arenæ;  
 Ingentemque loco ramum, signumq', crucemq'  
 In casus miseri famam, gentisque sepultæ  
 Constitui, iussique pios requiescere manes.

Tunc mihi se medijs virgo dedit obuia arenis,  
 Funereos



*Pietas  
erga  
mortuos,*

Funerēds accincta habitus, & fronde cupressi  
 Auricomum redimita caput, quæ tristia fronte  
 Signa dabat, deiecto oculos, dextraque sepulchrū  
 Exiguum, l'eva que faces, atque ossa ferebat.  
 Obstupui, vocemque trahens, qualem ne Deārum  
 Te memorē Nympha? an tāto se se æquora iactāt  
 Numine? frondentis ne huius te vallis honores?  
 Promeruerē? poli vel te plaga lucida terris  
 Demissam expectat, & spem redeuntis adorat?  
 Quæ te cunque tenēt orbis loca, prodidit ipse  
 Aspectusque, habitusque altum genus esse Deorū.  
 Illa: adsum Pietas, cælum mihi patria, origoque  
 AEterno deducta Deo, mihi mortua cordi  
 Corpora, & exangues artus mandare sepulchris,  
 Atque face, & præcibus miserorum facta pi re.  
 Utque tibi factum egregium, cinerique solitas  
 Ingrato lachrymas, tumuliq; hos ductor honores  
 Gratarer venio; nunquam moritura sub imo  
 Corde mihi tua facta manēt; pro munere magnū  
 Iam nūc Oceano in medio tibi magne sepulchrū  
 Limiades, socijsque paro; sed quæ petit vsus  
 Nunc præsto, teque ignota regione viarum  
 Errantem, dubiumque locis, in certa reducam  
 Compita; dexter abi, montē hac cōtēde, sub illis  
 Rupibus, & lato montis sub vertice ditis  
 Agricolaæ stant recta domus, vbi naufragus omne  
 Auxilium inuenies: cælum non defuit olli,  
 Qui terram indulget miseris, tumuloque recōdit.  
 Hæc ait, & subito tenues euasit in auras;  
 Ipse Deæ pedibus terram, passuque notatam  
 Perfundo lachrymis, venerorq; & pectora pronus  
 Osculor

Osculor, ac Divæ dictis montana capessô,  
 Paulatim euincens, donec fumantia longè  
 Montibus elatis pastorum culmina lætus  
 Conspexi, ac tandem fessus magalia prendi.  
 Cornigeras tunc forte senex, cui nomen Alosus,  
 Traxerat ad mulctram depressas lacte capellas,  
 Circumstant lætæque nurus, charique nepotes,  
 Ille niuis cogit fluiuos, hi vasa ministrant,  
 Atque impleta domum coniux longæva ferebat.  
 Meque vbi progressû, madidaq; in veste grauatû  
 Conspiciunt, properè accedût, capreisq; relictis,  
 Me cuncti accipiunt hilares, dant vestibus ignes  
 Siccandis, bubulamque, suis cum tergo, coctâ  
 Apponunt, mensamque fabis agrestibus ornant;  
 Pocula feruenti fumant spumantia lacte.  
 Hinc veni Cami ad fines, terrisque Sacai  
 Confedi; hic Fidei cæpit florere propago,  
 Atque Deo innumeræ passim se adiungere gêtês;  
 His monitus, & iura dabam, rectasque docebam  
 Ad Cælum affectare viâs, & demere cæcam  
 Ex oculis nubem, tenebras ex mente, nefandos  
 Ex animo ritus, & iussa beata Tonantis  
 Accipere, æthereamque Fidem sub corde locare.  
 Has quoque deserui sedes, iterumque per altum  
 Fluctiuagus mittor Sinarum ad regna, Machai  
 Ut regerem imperio socios, clauoque federem  
 Tractando, succedo oneri, Camum que relinquo.  
 Tertia vix rapido cursu se voluerat æstas,  
 Horrentemque gelu laxarat tertius annum  
 Phæbus, & in terras radiorû inspererat aurû,  
 Cum me iam ventî, & maiorum iussa vocabant

*Recto-  
 re actû  
 rus na-  
 uigat  
 ad Ma-  
 chaum.*

HAS

Has iterum in terras; tunc Sinæ é littore funem  
 Deripiunt, proramque damus lapponis ad oras.  
 Non me præteriti casus, non humida ponti  
 Gens toties nostros exertis dentibus artus  
 Expectans, non vnda ferox, non terruit austris  
 AEolus, aut passim mors intentata profundo,  
 Ne cursus iterum, fluctusque remensus eisdem,  
 Hos tandem portus, atque ostia lata subirem.

*Redit  
 in Iap-  
 onia.*

*Episco-  
 po Cer-  
 quero  
 comes  
 datur.*

Vix nani egredior, me cum Cerquerius aula  
 Inuitat, precibusque pijs impellit, vt urbem  
 Nangasaqui habitem, atque ipsi sub limine eodẽ  
 Me comitem præstare velim, partemque laboris  
 Accipiam, socioque feram cum præfule curas,  
 Hæc iubet antistes, nec fas obfistere contra,  
 Cedo lubens, magnoque iuvat seruire parati.

*Prodi-  
 giis Per-  
 secutio  
 denūci-  
 atur.*

Iamque annos aliquot fida statione manebã,  
 Inuigilans Fidei sacris, operumque labori,  
 Cum se se nobis nullum monstrata per æuum  
 Irati portenta Dei, visusque tremendi  
 Obijciunt, gentesque alta formidine terrent.  
 Namque agris Obama tuis bonus arboris altæ  
 Agricola, ærata dum findit lingua securi,  
 Inque rogos aptat, tædasque accommodat igni,  
 Sub ferro scidente cruces, passimque recisis  
 Incisæ apparent truncis, & robore secto.

*Appa-  
 rêt cru-  
 ces.*

Scilicet haud dubijs ostendunt omnia signis,  
 Sic Fidei, ferro, darisque bipennibus omnem  
 Arboris ornatum, truncosque, & robora in ignes  
 Venturos, superesse cruces, sauosque tyannos  
 Christicolis, petere effusos hæc signa cruores.  
 Idem alij sensere omen, Corique recisis

Arboribus



*Episco  
pus Cer  
queri.  
us cru  
cē sem  
plis lo-  
cat.*

Arboribus videre cruces, videre superbis  
 Qui Nangasaqui resident sub menibus vrbis;  
 Hęc vbi Pontificis casus præfaga futuri  
 Mens vidit, signumque manu vitale salutis;  
 Incisum ligno accepit, bellantibus, inquit,  
 Dextra veni, signisque adsis crux fida secundis?  
 An ne tuis claros venturo in Marte triumphos  
 Concessura venis? quales ostensa per auras  
 Constantino olim, duro in certamine palmas;  
 Deuictosque hostes, captiuæque signa dedisti?  
 Seu te sydereos quondam Albuquerque axes  
 Cum super expressam vidit, classisque notarunt  
 Lusitæ gentes, armis dum maximus heros  
 Bella maris rubri ad portas inuicta gerebat?  
 An ne omen sublime enses, flammæque furētes  
 Promittis: lethumque affers, fusosque cruores,  
 Quos Anglis quōdam, Galloque inspecta per aras,  
 Pontificumque manus inter expressa notasti?  
 Tunc quoque victrices palmas, & læta trophæū  
 Portendis; falsum nil hęc mens augurat, ensis  
 Est palma, & magnum pro te perisse trophæū est:  
 Chara Deo sedes, quam nō manus vlla, nec vllus  
 Arte labor finxit, fabri non protulit usus,  
 Non ferri incidere acies, sed rector Olympi  
 Ostēdit populis, miseris da, poscimus, omen  
 Nosse tuum, quæ iussa feras ostende, sequemur  
 Vnā omnes, monitisque tuis paremus ouantes,  
 Hęc ait, & ligni sacris altaribus omen  
 Imponit, supplexque aras, & numen adorans;  
 Vrit odoratum thuris subeuntis honorem.

Hęc nimium pauidam visu præfagia plebem

**Terruerant;**

Terruerant, cum grande maiũ, gētiq; paratur  
 Christiadam suprema lues, & fædus omen;  
 Nam se monstriferi subitò furialibus Orci  
 Faucibus effundens tenebrarum maximus hostis,  
 Insiliens, iuuenem oppressit, fususque per artus  
 Exagitat, miserũ intorquens, nec pectori anhelò  
 Dat requiẽ; fera corda tument, hirtusq; capillum  
 Bacchatur, voluitque oculos; atque in sua morsu  
 Membra furit, sæuũ infrédens, atq; ore remagit.  
 Attonitæ circum turbæ mirantur. Auerni  
 Infideat quantus misero Deus? inde sacerdos  
 Rore sacro aspergens, Genium solennibus arcẽs  
 Tartareum verbis, luctantem impellit, & vrget.  
 Dic age Tænaridum peior mens omnibus vna,  
 Quid iuuenem vexas? quo vis animosa recedit?  
 Quo virtus antiqua? throno detrudere ab alto  
 Cum regẽ astrorum, superisque expellere regnis  
 Optasti: proh quantus ades: quæ roboras? quales  
 Ostendis vires? nullum memorabile factum  
 Humana in pœna est, nec habet victoria palmam.  
 Ergo age, & hinc cogente Deo vel cede, iacētisq;  
 Egredere, aduentus ve tui redde improbe causas.  
 Tũc ille intorquere oculos, rabidosq; per artus  
 Ire reluctando, ( miserum? ) prostratus in ipsã  
 Se terram voluitque, trahitque, atque ore retorto  
 Spumasque, sanieque vomit, de pectore donec  
 Concessere minæ, corpusque, atque ora quierũt.  
 Tunc, ait, en adsum Plutonis grandior hæres,  
 Tænaríos inter cines mihi palma nocendi est:  
 Hac dextra, hac miseros, nostrorũq; artibus Angles  
 E cælo euerti, Fidei te nota Charybdis,

Bollena obtestor, Furiarum quarta, Bara: lro  
 Quæ solium regina tenes, subterque ministrat  
 Henriqus flammis, nec non tua pronuba quodã  
 Volseus, vicijs partum tibi grande colubris,  
 Incensumque rogis sceptrum per tempora quassat  
 Ictibus, inque aures, faucesque immittere tentat,  
 Ut tibi regnandi satierar dira libido,  
 Inferretque oculis, cæcus quibus arte Cupido  
 Abdidit ignitas spectantium in corda pharetras;  
 Attamen hos liquit, quò te Bollena videres,  
 Supplicium infandum, pænarûque vltima pæna;  
 Teque etiam huic matri, patriq; simillima proles  
 Elisabeth testor, tot funera seua, tumultus,  
 Præliaque, & casus pateris quos Angliã nostrã  
 Facta manus: non vlla tui Romane sacerdos  
 Cura manet, non vlla sacris reuerentia iussis;  
 Cum templis euerse aræ; iam, iam Angliã tandẽ  
 Victa iaces, vestrisque Fides procul exulat oris.  
 Nunc artem, atque omnes in te conuertimus iras  
 O lappon? bellum horrendum, Plutonia castra,  
 Effusasque Erebo gentes, atque arma minamur:  
 Quanta viris, & quanta aris incendia? quantus  
 Sanguis? io quantum crudele rubebitis omnes  
 Christigenæ? iam cuncta fero, iam sedera rûpo.  
 Talia Tartareo vates demissus ab Orco  
 Augurijs responsa dabat, miserique reficens  
 Ora solo, exanimis artus, & membra reliquit.  
 Hinc fera tempestas passim se effûdere Auerno  
 Incepit, sæuosque dolos, fraudesque videre:  
 Intendi, scelerum cumulos, & criminis omnem  
 In nos inuidiam Bonzos inuertere, vulgusque  
Intensû,



Inensum, cæloque ingens indicere bellum.  
 Donec paulatim furijs stimulantibus ardens,  
 Nos duro exilio expulsos Cubosama per orbem  
 Eiecit, Sinamque rates tenuere: reuersus  
 Inde iterû huc ad vos, inq; hæc vincla aurea veni.

Sic Pater intentis tacita sub nocte suorum  
 Fata refert, sortemque suâ, nec plura locutus,  
 Vela legit, clauditque suos hoc littore cursus;  
 Mirantur socij casus, secumque frequenti  
 Tantarum ambages rerum sermone volutant;  
 Gratanturque viro tot vasta per æquora vita m,  
 Totque per ignotos populos seruassee, virilem  
 Ostentasse animum, atque omnem vicisse ferendo  
 Fortunam, & duros terraque, marique labores;  
 Post hyemem vt tantam, tempestatemq. decorus  
 Ad cæli morte egregia conscenderet astra,  
 Ornaretque nonas titulis ingentibus aras.

FINIS

LIBRI NONI.

LIBRI DECIMI  
ARGVMENTVM.

*Deum cum socijs orat Paciecus, ne mortem differat: accedit Satellitium, eosque ad Mōdum perducit: illuc etiam conveniunt alio ex carcere Christiani tres, qui pro fide tuenda in vinculis cum essent, a Pacieco in societatem admissi fuerant: eos Mondus ad urbem Nāgasaguum deferri iubet: ubi ab urbis Praefecto Midsuno Canachio ad supplicium expectantur: pernoctant in itinere apud agricolā Christianum.*

LIBER DECIMVS.



OSTERA vix noctis cæcas di-  
mouerat vmbas  
Indifereta dies, cum iam lā-  
chrymantia cælo  
Ora Pater, geminasque manus,  
& corda leuarat

Cum socijs, precibusque dabat flagrantibus horas;  
Utque alas concessit Amor, super ætheris auras  
Mête subit, Superúmque domos meditatur, & arces  
Intrat Olympiacas, murosque, urbemque Sionis  
Extractam solido ex agrò, gemmantia cuius

Tecta

Testanec ìmber edax, rapidi nec ahenæa venti  
 Prælia, non æui poterit mutare vetustas.  
 Nullus vbi est carcer, non ferrea vincula, Mondus  
 Nullus adest: nullasque vigil, custos ve procellas  
 Excitat, aut rerum marè fluctuat humanarum,  
 Sed diuina sacri celebrant encomia ciues,  
 Et læti venientum animos ad regna choreis  
 Excipiunt, vbi regnat amor, semperque perennât  
 Gaudia, deliciæque, immortalisque voluptas.  
 Hinc iterum ad terras presso per inane volatu,  
 Descendit, memoransque huius fastidia vitæ,  
 Humanasque vices, atque harum incômoda rerû,  
 Quando, ait, o quando veniet lux illa dierum  
 Frima mihi? primùmque albo signanda lapillo?  
 Cum rex magne tuû tenebrosa ab sede Iosephû,  
 Eripies, torquemque dabis pro compede, amiectû  
 Pro vili insignè chlamydè, pro carcere, & vmbri  
 Fulgentes super astra domos, atque aurea tecta?  
 Sat terris, vitæque datum: quid nostra moraris  
 Gaudia? tot lachrymis emptam, votisque petità  
 Cur mortem differre paras hæc illa Paceco  
 Est promissa fides: corpus rex magne furèti  
 Da tandem flammæ, meque his exolve catenis;  
 Hæc quoque da socijs, notam precor aspice gētē,  
 Iesuadasque tuos, votis ardentibus ignes  
 Iunge alios, animique rogis incendia misce.  
 Talia flammato voluebat corde Pacecus,  
 Cum pulchrâ, & roseo radiâtém cernit amiectû  
 Mille inter Plausus inter comitántia mille  
 Gaudia Lætitiam, sinuosum sacra Voluptas  
 Syrma manu cogit, lætq; post terga Choreæ

*Latitia  
 Pacie-  
 co, & so  
 Eijs: or  
 t e propi  
 quã de-  
 nñciat.*



Associant dominam, Risus, Cantusque sequuntur  
 Ambo auro, & gemmis, vestiti floribus ambo.  
 Utque graui accessit passu pulcherrima virgo,  
 En tibi, ductor, ait, socijsque adspirat Olympus,  
 Venit summa dies, tantis meta vltima votis;  
 Iamque rogis nudatur Auon, nudantur & omnes  
 Vicini colles, iam machina sœua pyrarum  
 Cōstruitur, iam vincla parant, procul ite querelæ,  
 Et lachrymæ, & mæror, longé dolor exulet ònis;  
 Hac poscet vos luce ferox in prælia Mondus.  
 Ne tamen horrendos, vanis Circæa figuris,  
 Effingat Mors sœua metus, vi: ina caminos  
 Cum vastos dabit ante oculos, ne fortia mæror  
 Nube tegat, tristisque inuoluat pectora luctu;  
 Audite hæc hilares, cunctique ediscite magnam  
 Fortunam, palmasque pati; dum Mondus in arcē  
 Hanc iubet appoperēt acies, dūq' arma requirit,  
 Carnificesque, rogosque parat, fortissima vestris  
 Militibus collecta manus se effundit Olympo,  
 Victoresque inter lituos, & classica vobis  
 Currit in auxilium, comitumque in prælia tendit,  
 Præteritos spectate duces, aciesque priores  
 Conspicite, auratos clypeos, fulgentiaque ora,  
 Ora notis belli nimium, decorata? manipuli  
 Quo sacri incedunt passu? quanto ordine? quali  
 Maiestate nitent? alben? niue pectora, flagrant  
 Tela auro, plumasque inter, galeasque nitentes.  
 Omnibus in fronte inscriptum stat nomen Iesus.  
 Primam aciem decus Italicū, gens nata triūphis  
 Sustinet, hîc Genouæ te ductor Spinola turmas  
 Ductantem aspicio, Sociosque ad bella vocantē,  
 Vera

*Patres  
 Societa  
 tis an  
 te Pacie  
 cū profi  
 de Inlap  
 ponia  
 passi*

*Itali.*

*P.*

*Carolus  
 Spinola.*

P. Na  
uarrus

P.

Hierony-  
mus de  
Angelis

P.

Camil-  
lus Cōf-  
tātius.Iapones  
P.Sebasti-  
anus.Alios vi-  
de in no-  
tationi-  
bus.Lysij  
P.Ioannes  
Bapt. Ma-  
chado.  
Fr.Ambrosi-  
us fernad.

P.

Nor Michael

Vera ducum soboles, Caroliq' haud nomen inane.

Hic &amp; bellipotens, quem læta Calabria cælo

Attollit, Nauarrus adest; micat aureus armis

Hieronymus, niueisque animis, &amp; moribus æquat

Algeros, vultuque ipsos, &amp; nomine reddit.

Te quoque Constanti factis constantibus vltro

Aspicio incendentes acies, clarumque Tonantis

Signiferum, &amp; veteris renouâtem signa Camilli.

Hic prope prima animis, medijs Iapponicæ virtus

Consistit, numero plures, non ense minores.

Hinc Fufius ouat, bellum mouet inde Sebastus,

Et Michael, Thomasque ferox, Antonius, Ota,

Iacobique ambo, geminique in bella Ioannes

Exultant, Petrusque ruit, Dionysius hastam

Euibrat, inde pares telisque, animisque sequuntur

Zampo, Cauaratus, Michius, Sandaius, Hempo;

Flos Superum, virtusque virum, Martesque tremedi.

Tertia belligerat, fortisque triaria campo

Lusitana phalanx se læta immittit a perto;

A tergo socios seruans, victricia cogit

Agmina, &amp; Herculeos factis obscurat honores.

Primus init pugnas, quo Fortunata superble

Insula, Ioannes, patriaque Acheronta securi

Bellator petit in cædes, in fracta tyrânis

Ambrosius iam vincla parat, queis erutus olim,

Clarus Olympiacas conscendit victor ad arces.

Vos tandem o sacri geminos duo fulmina belli

Carualios, qua laude feram? fluuijalibus vndis

Hic alget, rigusque viret, flauescit ab igne

Ille alius, pietate pares, &amp; nomine: mortis

Est quoque causa eadem, pæna est diuersa: duobus

*Carthaginius.* Non foret vna satis, non hos ardoribus ambos  
 Vinceret Ignipotēs, nō vnda immergeret ambos,  
 Quin etiam si sponte sua horum cuique liceret,  
*P. Iacobus.* Tormentum, mortisque genus componere, vtrique  
 Quattuor in p̄nas sat non elementa fuissent;  
*Carthaginius.* Hęc ollis dum fata negant, sibi f̄dere certo  
 Hic ignem rapit, ille vndam, variare triumphos  
 Sic placuit, rubet hic flammis, ille albicat vndis.  
 Dissimiles p̄næ, similes stant fronte coronæ,  
 Ambo gerunt v̄brata suas per tempora quercus.  
 Has ergo gens sacra acies, hanc aspice gentem  
 Astra per, æthereosque polos descēdere ternis  
 Ordinibus, certare p̄res, & iungere vestris  
 Arma armis, animisque animos: ductoribus istis  
 Quas mihi non liceat vobis promittere lauros?  
 Vos ergo Choreæque leues, Cantusque sonori,  
 Vosque hilares Plausus, Rirusque, & Gaudia lætū  
 Concelebrate diem; vosque o Cantabria proles,  
 Magni Ignatiadæ: lætum P̄ana canentes,  
 Surgite victores, palmisque accingite dextrās,  
 Plaudit, & ad vestros currit cælū omne triumphos,  
 Sic effata viros, tēnes discessit in auras,  
 Gaudiaque, & læti cecinerunt æthere Cantus,  
 Immisti Choreis, Rirusque, & sacra Voluptas,  
 Cum plausu feriunt citharas, & nablia tentant.  
*Perduntur ad Mōdum.* Vix Dea le suadas lætos iam, & multa volentes  
 Dicere deseruit, subitō cum Lysius heros  
 Obscurum agnoscens compleri milite testum,  
 Atque armis feruere arcem, conuertit honestos  
 Ad turbam cum voce oculos, frontemque serenus  
 Exposcit, quæ iussa ferant: quid ferrea circum

Tempestas



Tempeſtas? quæ tela perât? quis in arce tumultus?  
 At ferrum armati intentant, vox omnibus vna,  
 Te præſes, ſociosque ſimul ſub luce maligna  
 Imperat acciri Mondus, dum clauſa domorum  
 Tecta ſilent, ſtratisque iacet gens feſſa per urbē.  
 Sed nos (proh Superi?) ſomnus deluſit, Eous  
 Clareſcit, tenebræ cedunt, Solique propinquo  
 Vndique criſtatae reſponſant ore volucres.  
 Non mora ſit, magno ne plebs effuſa tumultu  
 Fluctuet, actutûm faciles conſurgite, eamus  
 Vnâ omnes, forſan veſtro fortuna labori  
 Nunc finem, primamque ſeret via noſtra ſalutē.  
 Hæc Ignatiadæ felicia iuſſa tyranni  
 Exceperè alacres, plauſuque, & vocibus omnes  
 Exultant, Lyſiusque pater ſic ora reſoluit.

Nil equidem, o iuuenes, nobis felicius vnquam

Accidit aduentu veſtro, non milite, & armis  
 Eſt opus, hinc faciles cuncti, lætique ſequemur;  
 Sint quanuis deſueta viæ torpentia membra,  
 Viuit adhuc animis robur, pænisque reſurgens  
 Dat vires ſenio, celeresque aſſurgit in alas;  
 Si tamen adſtriſtos placet hinc abducere, ferrû  
 Colla petût, dextræque optât, date vincula, eamus.  
 Vix hæc: cum rigidis conſtringunt corpora nodis  
 Carnifices, tacitaque viros ſub nocte per urbem  
 Exagitant, ſequique ferunt ſub limina Mundi;  
 Hic quoque de veſtro veniſtis carcere rapti  
 Grande decus ſinſuque orbis, tu magne Qui face,  
 Tuque exhauſte malis, ſed non ſuperate Caune?  
 Omnes leſuadæ, & Loiolę digna propago;  
 Quos ſibi magnanimus poſt vincula, & bella Pacecus

Addu  
 cūtur  
 ex alio  
 carcere  
 re tres  
 ſocieta  
 tis fra

Post tres.

Post mille exhaustos Mondo torquente labores,  
 Addiderat comites, non inferiora sequutos,  
 Gloria Iapponum, & regni noua palma Tacaci;  
 Queis similes Sinicæ matres, atque Indica multû  
 Gauderet peperisse nurus, quibus inuida tellus  
 Lûstadium, Latiumque decus, vrbs Brixa, fuisset,  
 Ni quæque hîc magnos etiam iactaret alumnos.

postquam sublimes Mondî intrauere penates,  
 Inuictum non ille ducem iubet ire Pacecum  
 Se coram, ad soliumque negat perducere ciuem  
 Brixanum; timet hos animos, nec clara petenti  
 Tot sibi iam responsa darent, vt cederet vltro  
 Deuictus, tantisque foret congressibus impar.  
 Sic Lyfium, Latiumque timens, te magne Caune  
 Aduocat, in te omnes conuertit turbidus iras;  
 Cumque olim inuictum pænis, & nominis alti  
 Vincētis dignum toties te agnouerit, audet  
 Nunc iterum conferre manus, & promere vires,  
 Atque sibi extremo promittit puluere lauros.  
 Tu contrâ titulosque tuos, nomenque tuere  
 Vincentis, Mondum nihil est vicisse, trecentos  
 Ipse vel aspectu poteris superare tyrannos.

Ergo vbi magnificum patuit penetrale Cauno,  
 Dumq; adstat, vultusq; solo defigit honestos,  
 Efferus è folio Præses sic incipit alto.  
 Est ne eadem o demens animi sententia? mente  
 Regnat adhuc furor antiquus? an carcer, & omnis  
 Tormenti genus innumerum potuere rebellem,  
 Indomitamque deis ceruicem infringere? cedis,  
 An ne iterum exoptas metuendæ forcipis ictum  
 Stringētē malas, atque ossa ab sedē trahentem,

Et

Et morsu pascentem artus, miserisque lacertos? *Can-*  
 An ne cupis tantas iterum dare faucibus vndas, *nus for-*  
 Naribus vt fontes saliant, geminisque fluenta *cipe, &*  
 Auribus, & largos effundant lumina riuos? *aqua*  
 Non tortor, non ira deest, ad vulnera vulnus, *fuerat*  
 Tormentis tormenta addam, simul enlibus enses *crucia*  
 Adiugã, atque vndas vndis, atque ignibus ignes. *us.*  
 Abijcis infandos deluso è pectore ritus?  
 Ligniferique Dei mutas iura impia? mutant  
 Hæc socij? mentemque aliam melioribus vsi  
 Con silijs, fretique Amidæ pietate, meaque,  
 Concipiunt? potius ne rogos, & funeris optant  
 Quidquid inhumani quondã est cõmẽtaveustas?  
 Quid Lylius parat ille senex? cui mentis ege ni  
 Christicolæ, Ignatique genus paretis ouantes?  
 Carceris an ne iterum vigiles pervertere tentat,  
 Dẽsamonnũq; meum complere furoribus audet?  
 Densamonũ, quem ferrũ ipsũ, cũctasq; minores  
 Duritie, rupes victurum, & saxa putabam.  
 An ne horum scelerum Paciecum pænitet? ausus  
 An ne istos, socijque dolent? infide Caune,  
 Fare age, & in melius ni iam commissa retractes,  
 Te vocat in pœnas, comitesque vt debita soluãt,  
 Ille hominum terror, Christi que acerrimus hostis,  
 Midsunus rerum vindex, cõlumenque deorum,  
 Qui modo regali digressus Prætor Ijendo,  
 Nangasaqui altam frænãt sub legibus vrbem.

Audijt hæc magnus constanti corde Caunus,  
 Non aliter, quam duras flex, cum fortior Austris  
 Atq; mari vndiseno, erecto stat vertice ad auras  
 Neptuni rabiẽm contra, contraque sonantum

AEolias

*Cõpa-  
ratio*



AEolias ventorum animas, & fulmini iras;  
 Inde hilaris, vocēque trahens, tantū ne putabas  
 Præses, ait, me posse nefas? desiste minari,  
 Mens eadem est, idēq̄ animus; mihi fortius omni  
 Est pectus terrore: hæretque in corde refixus  
 Christi amor, & Fidei nimium creūere sub alto  
 Pectore radices, non sole, aut frigore, nulla  
 iam possunt flāma exuri, non ense secari.  
 Hæc eadem Lysio sententia firmā Paceco est,  
 Hoc Italo, socijsque sedet, deponere furores;  
 Namque metus omnes, & inexorable fatum  
 Despiciunt; vitæ parua est iactura; caducæ  
 Sunt vrbes, & regna obeunt, consumitur æuo  
 Ferri acies, rigidę rupes, & saxa iacebunt;  
 Amittenda damus: quod si nunc grandior ætas,  
 Si Babylonis opes, auri si pondera nobis,  
 Indorumque, Arabumq̄ omnes Cressiq̄ darētur  
 Diuitiæ, socij hæc temnēt pro munere flammæ  
 Extremæ, vinclisque tuis, & sorte catannæ.  
 Idē omnes nos ardor habet, mēs omnibus vna est,  
 Nosq̄ etiā va animes mors auferet vna, sepulchrūq̄  
 Excipiet, tumulique neget si miles honorem,  
 Seu pelago eiectos piscis, seu monte volucris,  
 Seu fera dilaceret, casu iactabimur vno;  
 Coniunctos nos vna dies, flamma hauriet vna;  
 Me tandem factis Vincentem, & nomine disce.  
 Qualis inardescens congestis vndique saxis  
 Erigitur serpens, ignescunt colla, tumescit,  
 Sibilat, insultat, nigrumque è pectore virus  
 Exhalat, morsuque auras flagrante venenat;  
 Haud aliter Diui percussus pectora verbis

Barbarus

Barbarus intumuit, spumant fæda ora, feroci  
 Scintillat sermone, ardescunt intima, cunctos  
 Ire, rapique, uterique iubet; prohi ducite pestem;  
 Dixit, cant magnos vbram Canachus ignes,  
 Exiguus sceleri, incendit; discedite, quando  
 Extremam hanc nobis laudem Fortuna negavit;  
 Nec mihi Xoguni permittunt iussa, Fotoquum  
 Vlscisci causas, atque hos inferre caminis,  
 Et totum in miseros reuocare ab sede Barathrum;  
 Brachia si centum Briareu, totidemque mouēda  
 Arma dares, sique Arge meo modo lumina cētū.  
 Aptares capiti, nullos lappone rebelles  
 Viuere, non villas pateret superesse latebras;  
 Sub terras, subque antra vigil, visuque per omne  
 Tectum irem, cunctosque rogis, ensique litarem  
 Christiadas, posseque iras satiare Deorum.  
 Sed quando non tanta mihi clementia diuūm  
 Annuit, hos saltem nostro rex optimus ensū  
 Cur negat? extorquetque tibi Ximabara caminos  
 Instruere, & legis vanæ incendisse ministros?  
 Inuidit palmamque mihi, titulosque pyrarum  
 Midfunus, labor hos primūm inuenisse, catenisque  
 Includisse meus, terras, pelagusque cucurri,  
 Tercentum armaui iuuenes, puppesque parauī  
 Sedulus, extremūm nostros Midfunus honores  
 Occupat, & præda, nostroque labore triumphat.  
 Ast ego quid dolco, vel quid queror, optime grates  
 Iam tibi regnantum princeps, Camiūq; sacerdos  
 Persoluo Xogune? mea qui ex vrbe nefandam  
 Ire iubes pestem; ceseres discedite, Diui  
 Ne caput in nostrum vertant tot crimina, & vrbe

Hanc

Hanc tali illuue infectam subvertere fundo  
 Intentent, properate viam, descendere cælum,  
 Atque polos ruere ignitos, & fulmina ferri  
 Me super aspicio, procul hinc, procul ite profani.

Dixerat, ex oculis rabidi rapuere manipuli

Infantes, vi non opuse est: non vlla moratur  
 Segnities ignaua pedes, vestigia quisque  
 Ante tulit, celeres plantis amor addidit alas.  
 Sed ne forte viris fastidia longa viarum  
 Vitam adimant, prædâque sibi, flammæq' futuræ  
 Materiem; ne magne tuis Midsunc cupitam  
 Eriperet scenam mors intempesta theatris,  
 Iam pia nunc, rebus duri inclementia Mundi  
 Prouidet, & socios tali iubet ordine duci,  
 Quinque recuruatos vinclorum pondere vili  
 Clitellæ super imponunt, sed fortibus ardor  
 Magnus inest equitum turmis? nõ Castor habenis  
 Pulchrior ad Cælum graditur, non fortior olim  
 Alipedem frænauit equum, subiitque tementem  
 Bellerophon, rabidæ aggressurus bella Chimæaræ?  
 Lætior haud quorãdam sonipes bellator adibat,  
 Cum tulit alato sublimem Persea gressu,  
 Pallados armisonæ meditantem prælia, & atrôs  
 Deiecturum oculos, crinesque, & colla Medusæ,  
 Tales se se animis, tales se se ore ferebant  
 Loiolæi equites, tales gradiuntur in arma.

Dum sic Iappones ad bellâ vocantia ductor  
 Sublimes in equos iussit conscendere Mondus,  
 Baptistam multorum humeris, sellaque curuli  
 Vectari, atque alia ferri te magne Pacece  
 Imperat, & longos circum diffundit amictus,

Cortinæque



Cortinæque sinu claudit, totumque recondit;  
 Scilicet ille tuos oculos cognouit, & omnem  
 Conuertiaspectu credit, si videris, orbem.  
 Vel quia de vinculis, pænisque, & carcere tali  
 Is facie tantumque malis exhaustus, vt ipsum  
 Iam pudeat, populisque neget ostendere quâtas  
 In te vno licuit Mondo desumere pænas;  
 Ipse vel humanas tenuis iam cernere terras,  
 Dum cæli contendis iter, ratione Pacece  
 Qua te cunque ferat clausum lectica, beatos  
 Macte poli ciues, titulosque auctore sacrato  
 Iâ feretro, atque humeris hominû cõsuesce: beati  
 Agnosco augurium felix, sortisque futuræ  
 Grande omen, Superùm cum iam signatus honorẽ  
 Solemni pompa elatus, plausuque frequenti  
 Ibis in aurata carpenti sede per vrbes;  
 Proque acie armata, qua nunc is septus vtrinque,  
 Tunc plebis, procerûque graues de more coronæ  
 Accedent cantu, & choreis fumantia circum  
 Thura dabunt, spargentque rosis, & floribus antas  
 Iamque dies aberat totus dum iussa parantur,  
 Et tectum ad magnum, sæuique palatia Mõdi  
 Conueniunt equites, peditesque nitèribus armis,  
 Quo Nangasiqui vincetos ad mania ducant.  
 Hic gladio incedit melior, præstantior ille  
 It pharetra, hic longa reliquos supereminet hasta;  
 Complentur portarû aditus, fremit altus equorû  
 Hinnitus, turbæque sonant, vocesque resultant.  
 Ipse grauis, foribusque sedès dat plurima Mõdus  
 Iussa viris, curamque viæ committit Afondo,  
 Cui rabies, tristesque iræ, sæuumque nefando  
Corde

Corde odium, & rixæ, furiosoque ore querelæ.  
 I ductor, blandusque, inquit, se uisusque vicissim  
 Hæc moderare acies, celeres fac tendere tota  
 Nocte gradus, Phimum solis prope lumina cernât,  
 Huncque illic consume diem, noctisque sequētis  
 Iunge moras; atque inde agros, & culmina mōtis  
 Summa petant celeres, quorum de vertice sūmo  
 Cum Nangasaqui muros conspexeris, vmbra  
 Falle horas, lucoque sedens consiste parumper;  
 Cum calor abscedet, tunc demūm intraueris urbē,  
 Atque hos Midsuno trades; non fercula, stratum,  
 Nil horum tibi sit curæ, scis ipse, Fotoquum  
 Quos referas. Amidæq; hostes, scis quale merētur  
 Hospitium, scis quale daret, si Mondus adesset.  
 Hæc ubi iussit herus, supplexque accepit Afōdus,  
 Cuncti vrbe egressi per amica silentia lunæ  
 Contendunt, roseusque diem cum Lucifer almū  
 Extulit, instantes Phimi læta arua subibant,  
 Queis Mondis seruanda diem, noctemque sequētē  
 Iesuadum turmas consistere iussa monebant.

*Charybdis  
 dis fa-  
 mē mi-  
 litibus  
 inspi-  
 rat.*

Tūcpelago egrediēs, terrasq; inuecta Charybdis  
 Intorquet furibunda oculos, & deuorat artus  
 Ipsa suos, sorbetque auras, & proxima morsu  
 Saxa petit, iacit ora herbis, & frondibus vnguēs.  
 Inde aciem inuadens impasto è pectore sæuam  
 Dat vesana famem, rabiemque inspirat edendī  
 Militibus, rapiant hortos, non parcere pomis,  
 Non chaino, Cereri ve sinant, de cortice rupto  
 Mella ferāt, non mōte greges, non buccula cāpo,  
 Non quis herbiferis secura in vallibus erret;  
 Quidquid honesta domi coniux nutrire volucrū  
 Affolet,

Assolet, in prunas veniat, veribusque refixum  
 Exerret mensas, epulasque, & fercula ditet.

Dixit, & angustum redit in defessa Pelorum.

His custodum acies furij agitata, coloros

Ad dites properare viam, gressumque referre.

Contendit, cultuque domos potiore requirit

Qui sique sibi, pinguesque epulas, & pocula poscunt

Indicunt pecudi bellum, volucrique ruinam

Extremam: non arma sciunt servare tenorem;

Dat ratioque, pudorque locum: ferioque loquente

Iura tacent: servant innita silentia leges.

Dum sibi sternebant lectos, cunctasque parabant

Delicias epuli, victis tormenta, novosque

Exquirunt, & nocte parant veniente labores;

Efferus, ante alios, scelerumque inventor Afodus

Limiadem, sociosque domi cultoris egeni

Occludit, quem vani Amida, ritusque paterni

Vltorem credit, Christi que cohortibus hostem

Crudelem, & patria venerantem lege Foroques;

Huic precibus, monitisque iubet male vexet iniquum

Iesuadam, sociosque fame, nec præbeat vndam

Communem, terris iaceant, non corpora fæni

Stramine, non paleis defessi, membra reponant.

Hic modo te nostris celebrabunt plestra Camanis

Omne decus pagi, sylvarum gloria, Phimi

Magne hospes? gaza socios qui lætus agresti

Excipere hospitio meruisti, & parua tenere

Tecta inter, pomis pastos, fænoque iacentes?

Si contra iubeant Superi, cecidere nocentum

Consilia: in signem Camium, quæ sæua ministrum

Crediderat sine mente cohors, is parvus ab ipso

*Hospi*

*tatur*

*Pacie*

*cus, &*

*socij*

*pro*

*christi*

*anum*

*agrico*

*lato.*



Lacte puer, cæli monitus, sacrataque iura  
 Christiadum de fonte bibens seruata tenebat;  
 Atque vbi resuadas parua inter tecta receptos  
 Cognouit, proiectus humi, complexibus vrget  
 Vincula, & attritis certatim dulcia plantis  
 Oscula cum pueris, & casta coniuge soluit.  
 Inde graues capiti canos, barbæque decorem  
 Diuellens, pectusque manu percussus honestum,  
 Midsuni, Mondique iras, & sæua Tyranni  
 Xoguni mandata dolens, extrema suorum  
 Fata pio questu, scelerataque funera damnat.

Alit illum fletus renouantem, & multa dolentem

Cum senior, lassusque vijs, ægraque senecta,  
 Non solita posset solari voce Pacecus,  
 Baptista affatur, blandoque hæc addidit ore.  
 Iam certè quas ferro acies, & funere acerbo  
 Immersit, rapuitque ferox cum cæde tyrannus  
 Nosti hospes, totus ruit alto è culmine Iappon:  
 Quis velit insanus mundum spectare cadentem,  
 Atque polos, cælumque alto de vertice lapsum,  
 Expers ipse necis? communi in cæde, virili  
 Est animo vixisse, mori: deponere querelas,  
 Vndantesque absterge oculos, non questibus vllis  
 Est locus; o vtinam damnatū exponere cūctos  
 Hoc caput in gladios, atq' omnespectus in hastas  
 Mittere, & innumeros hoc tradere corpus in ignes  
 Annuerent Superi? facilis iactura; beatam  
 Si patriam, cælique habitus, lætasque choreas,  
 Atque aciē, atq' choros, atq' ōnis gaudia Olympi,  
 Tormentis conferre paro; breuis vna, labores,  
 Guttula inexhausto Oceano collata, videntur.

Hæc

Hæc tua ( prob cælū ? ) iã nos domus vltima, caula  
 Hæc aulis Superum iunget, super astra locabit  
 Nos ventura dies, cælum Phinane coronas  
 Dat capiti, manibus palmas; procul abijce questus.  
 Audijt hæc hospes, nubemque è corde doloris  
 Deponit, mensasque parat componere agrestes,  
 Dat paleas, fænumque thoris, mistumq' ligustis  
 Serpillum, violasque domo dispergit cientes  
 O felix nimium cultor florentis agelli ?

Non tibi quadratis surgunt pallatia gemmis,  
 Non rigido stant ære trabes, non lucidus ostro  
 Stat lectus, paries ve nite t conspectus in auro;  
 Sed tua diuinis virtutibus aucta supellex  
 Irradiat, tibi prisca Fides, summique Tonantis  
 Relligio, & Pietas, Grauitasque, vigilque pudorit  
 Candor, & infani semper Pax nescia ferri,  
 Mille modis animos ornant, & mille penates.  
 Nec non vrbanos fugiens Astræa tumultus,  
 Atque hominum indignata lares, te Diua supremũ  
 Inuisit, conseruat adhuc vestigia tectum.  
 Quod si frugalis cerno tua sercula mensæ,  
 Iam mihi Pompei cedant conuiuia magni,  
 Cede epulis Cleopatra tuis, cum plurimus aula  
 Calcabatur onyx, manibus pretiosa hyacinthis  
 Fundebat cry stallus aquas, niueamque videres  
 Hinc Cereré, hinc fuso rubuisse adamanta Lyæo,  
 Aeraque aspiceres, terræque, atque æquora tãtos  
 Sudare in luxus, gemmisque hinc, inde liquatis  
 Crateres magnos, paterasque vndare nitentes,  
 Cedite, queis auro cura est ditare palatum,  
 Permistisque cibo gemmis, qui vertere pænas

Agnouere tuas Pater Apennine, tuasque  
 Delicium fecere niues, & frigora luxum,  
 His ego pro dapibus nunquam tua fercula vellem  
 Hospes inops mutare; tuæ pro fragmine mensæ  
 Ambrosiam abijcerem, solum remanentia vinctis  
 Frustra piæ cereris colerem, terraque cadentes  
 Reliquias animo seruarem, & corde tenerem;  
 Ergo cui tantos cælum concessit honores,  
 Viue hospes Phimane? Deus pro munere postes  
 Ampliet, & tuguri celebrentur in orbe penates;  
 Quæcis non Luliam sœui Busiridis aras,  
 Nec falsi Diomedis equos, sed criminis insons  
 Hospitium, vacuumque doli inuenisse fatemur.  
 Tolle caput victura domus, pulcherrima cuius  
 Ante fores platanus frondentes explicet umbræ,  
 Blanda sedens ramo longam Philomela querelis  
 Seu noctem imminuat, teneat seu carmine soles.  
 Hinc tibi fons saliat, lymphaque vndate per hortos  
 Riuus eat, decantet apis, tibi retia turdos  
 Illaqueent, per rura Pales tibi rideat agnis,  
 Fruge Ceres, Bacchusque vuis, & Pallas oliua.  
 Rex esto agricolis, aruū tibi pareat omne,  
 Inque tuos maneat decus hoc, & fama nepotēs.  
 Hæc inter vicinæ ædes, & tecta sonabant  
 Cuncta latrocinijs, prædisque epularibus ardēs  
 Instabat glomerata cohors, armisque per omnem  
 Infanti vicum furia ta mente ruebant.  
 Non audet vis vlla virum se opponere contra,  
 Namque iras Mondi, & nunquam placabile regū  
 Irritate timent odium, quos impia gentis  
 Belligeræ non facta grauant, mulctantque seuerè



Si populi tentet acies cohibere furentes.  
 Non tamen hos patitur pectus muliebri timores,  
 Prædantesque videns acies Nea Cressida pagi  
 Grandis anus, contra geminas in prælia turmas  
 Fæminæ ducit gentis, ruit illa per omnes  
 Bellatrix, miscetque manus, proh? fustibus illæ.  
 Hæ verubus, petit illa colo, iamque agnific facta  
 Fusi omnes, & pensa volant, dolor arma ministrat.  
 Tu quoque Amazonidû, si quod Iappone remâsis,  
 O genus Agrimene, caput alte elata, sorores  
 Fortior ante alias, raptim a fornace calentem  
 Contorqnês manibus palâ, hinc, atq' inde repellis  
 Armatos, iuuenesque premens caua tēpora pulsas;  
 Fit clamor, sanguisque, fugit cum milite Asondus,  
 Et prædam abripiunt captam, plagisque medetur,  
 Utque satis mensæ indultum, sub nocte profunda  
 Inflatidapibus crudis, potuque soluti,  
 Agricolæ ad sedes, & tecta angusta redibant,  
 Queis Ignatiadæ, præda obseruanda, manebant.  
 Hic dum longa ædes circum obsidione coronant,  
 Seque inter passim conuitia multa retorquent,  
 Et tua commemorant felix o Cressida facta,  
 Agrimeneque tuæ celebrant fera vulnera palæ,  
 Tecti armis, tardo dissoluunt pectora somno.

FINIS

LIBRI DECIMI.

## LIBRI VNDECIMI

## ARGVMENTVM.

*Dum Phimi cum socijs pernoctat Paciecus,  
pro ipso liberando Iapponia Deum precatur,  
nontamen exorat: ab hospitio egressis Chris-  
tianus agricola exit obuiam, cum munuscu-  
lo rusticano: Prope Nangasaquum P. Bal-  
thasarem de Torres, & fratrem Michaelem  
ex eadem societate, & ab Omura in eandē ad-  
ductos panam inueniunt: cuncti Nangasa-  
quum ingrediuntur.*

## LIBER VNDECIMVS.

*Iappo-  
niaques  
tus pro  
Pacit  
co.*



**I**NTEREA flauos effundens ver-  
tice crines,  
Lugubresque induta habitus, &  
fronde cupressi  
Tecta caput, grauidosque ocu-  
los, Iapponia sacras  
Ante aras, Numenque Dei, prostrata iacebat.  
Atque graui feriēs cæli pia sydera lactu,  
Noctē inter, tenebrasq; gemens, cū supplicē questu  
Talia de rauco suspiria corde trahebat.

Hcu

Heu cælum crudele mihi? prohsaxea semper  
 Sydera? Diuorumque meis mens ænea votis?  
 Non Superi, non vestra ferit præcordia poster  
 Aspectus, lachrymæque iste? sic vocibus aures  
 Clauditis? æquoreis fundo verba irrita ventis.  
 Tu saltem, tu Virgo Parens, spes vnica gentis  
 Afflicta, si Diua tuis libauimus aris,  
 Hos questus, hanc vocē audi Regina, benignam  
 Fer dextram, lætosque oculos aduerte iacenti.  
 Tuque etiam collo affixum, gremioque pncellum  
 Iapponum oblitum, nec iam meminisse volentē,  
 Flecte tuum, nostrisque iube det lumina rebus.  
 Sed tu o sponse, mei cur obliuisceris? aut cur  
 Sum despecta tibi, nec quæ sim quæris Iesus?  
 Non ne acies, totumque vides confurgere Auernū  
 In me vnā? mi dux vbi, vbi es? non horrida bella  
 Conspicis, aut quorsum Iapponum cura recessit?  
 Vix mihi demissus veniens Xauerius astris  
 Prima rudimenta, & Fidei sacra vbera labris  
 Impressit, cum Gangem iterū, tractusque Goanos  
 Imperijs Rex magnæ tuis compulsus adiuit;  
 Quid memorē Heroas, quāsque inclyta Roma tiaras  
 Pontificesque sacros quondam mihi sedula milit,  
 Quos mihi, littoribusque meis tua fata negarunt  
 Incolumes? sic regna meus Iapponica nunquam  
 Melchior aspexit, sic inuidiose Sebastum  
 Mocambique tenes, tumuloque superbe recondis,  
 Vix Petrum baculo insignem, magnumque Loylū  
 Pastores, ouiumque greges tractare regendo  
 Conspexi: retinet clarum mihi sina valentum,  
 Nec transire datur, portusque attingere velis;

Episco-  
 pi Iap-  
 ponenses

1.  
 2.  
 3.  
 4.  
 5.



Quique eius rex magne vices, fortemque laborū  
 Sustainabat adhuc Lyſia virtute Paccēti;  
 Heu? Phini ad caulas, feno male fultus agreſti,  
 Cui ſibi ſe iſſi inter, durasque catenas  
 Inuigilat, ( ſeis ipſe ) ſuo nec pectore noſtem  
 Accipit, extremo; prima cum luce caminos  
 Expeſtans: vel ſerua illius pater optimus, flāmis  
 Vel red ſaris, baſtoque ſin ſiſ con ſumar eodem.  
 Non ne olim obſcuro Solymorū in carcere poſtes  
 Aſeratos, ſernasque ſores, rigidasque catenas  
 Aliger eluſis fregit cuſtodibus arcis?  
 Ductorem vt nauis Petrum, cælique potentem  
 Clauigerum eriperet, tataque in ſede locaret?  
 Hunc modis cæleſtem Superiorum è ſedibus altis  
 Mitte dūcem, inſtanti Bonzorū ab cæde Paccēti  
 Qui ſeruet, reddatque ſuis, tutumque reponat.  
 Tu quoque, ſublato quondam Daniele, leonum  
 Ora, ſeris que vngues frænasti, heu cerne ferarū  
 Quot rictus, quotque ora nodum ſub nocte Paccēti  
 Circuſtant, exarata vngues rex maxime, & ora  
 Conclude, incolumemque mihi concede parētē.  
 Ni facias, ſeruesque virum, cui præda relinquitur?  
 Cui me iam Lyſio propugnatore carentem,  
 Deſertanque ſinis? tecum Paciece caminos  
 Intrabo, veniet felix mors vna duobus;  
 Non ultra hanc animā, non hinc producere vitā  
 Fas mihi: pænarum ſatis eſt, ſatis optime ductor  
 Exhauſtum; in flammis tecum lux noſtra peribo.  
 Nec plura his; tristes vox cum peruenit ad aures,  
 Pone modam tantis lapponia ſeſſa querelis,  
 Tergeminum te numen amat, tibi ductor Ieſus  
Inuigilat,

Inuigilat, tibi Virgo Parens bene consulit astris,  
 Aliferumque acies. cælum tibi militat omne,  
 Ductores mittent alios, atq; agmina semper  
 Lictore ab occiduo, Lythioque ex orbe per undas  
 Magna ferent, aliosque dabunt in bella maniplos,  
 Mortales inter vitam perferre sub autas  
 Francisco sua facta negant; iam non capit ipsam  
 Terra, poli Superis debetur, poscitur astris;  
 Indigetemque illum felix Iapponia quondam  
 Accipies, multis nec iam labentibus annis,  
 Tempa per, atque aras ibi conspectas in auro.  
 Sic audit, reprimitque graues Iapponia questas.

At pelagi nubes iam tunc pulcherrima ab undis  
 Exurgens roseo carru, nec atque per agros  
 Dispergens, Aurora polum, lucemque veniebat;  
 Iamque dies aderat Parcarum pensa supremam.  
 Quem dederat facie tibi, quem secula prima  
 Aeterna, in signemque dabant hac caede futurum,  
 Is te multa animo meditantem fata tuorum,  
 Et socijs cladem extremam, cunctisque timentem  
 Inuenit, solamque tui te maxime ductor  
 Securum, oblitumque rogos, & funera vidit.  
 Ergo vbi candenti cælo clarescere lucem  
 Limiades passim rimoso in culmine sensit,  
 Ipse ducesque, pigraque acies, somnoque iacêres  
 Increpat, Ecquid, ait, flammaram gaudia nobis,  
 Optatamque viam iuuenes differtis? carnis,  
 Non pudet, heu? noctem sic totâ stertere? & altu  
 Usque diem ignauo corpus damnare sopori?  
 Vnam præ cunctis miror te ductor? Afondi  
 Quo furor, antiquusque ardor? quo viuida cessat

Cura animi? instamus ne vijs? an sede sequentem  
 Hac noctem expectare licet? iam discute somnos?  
 Desidiam hanc Mōdus? curā hāc præcepit? in igne  
 Hic propere, haud timidus nos flāma expectat, eamus.  
 Sic aciem vrgebat senior, corpusque leuabat  
 Agresti ex palea, focijque hinc, inde sequuntur  
 Ductorem impauidi, lictorque, & miles amictus  
 Accelerant, trepidi dant vestibus ocyus artus.

Hinc iter inceptum properant, Phimiq; beato

Egressi hospitio, nemorosis vallibus ibant,

Iamque alto ascensu montes, & saxa tenebant,

Agricola excitus fama de paupere tecto,

Lætus in occursum cum se venientibus offert.

Non timet iratos vigiles, non arma, nec hostes

Cōsertos, turmasq; equitū, perq; agmina inermis

Ingreditur, fert dextra pedum, fert læua canistrū,

Quo pyra, quo cerasum, malūq; & ætea pruna

Fronde super, floresque inter cōmista gerebat;

Subtus bina nouo spumantia pocula lacte,

Cascolosque breues donis Cerealibus addit.

Atque vbi conspectus venientum vidit, & ora,

Ingemuit, paulūque oculis, & mente moratus,

Substitit, amplexusque pedes, sic inde profatur,

Loiolarum genus inuictum, deuotaque flammis

Pectora, lapponum columenq; decusq; supremū;

Este boni, miseroque oculos conuertite, munusq;

Accipite exiguum, me ne contemnite, arator

Sim licet, vsque Dei vestri, legemque Tonantis

Obseruo, nullos non seruaturus in annos.

Dant aurum, messesque Arabū, dāt thura potētes

Multa Deis, inopi satis est, si paupere Diuis

Farre

Chris-  
 tiani a  
 gricola  
 occur-  
 sus.



Farrè suis, aut lacte pio, vel floribus horti,  
 Supplicet, atque aras pomis agrestibus ornet.  
 Olli exultantes leto sermone colonum  
 Excipiunt, gratesque pio pro munere reddunt:  
 Atque tuum Pomona decus, lætasque canistri  
 Dinitias vigili adstanti, rabidæque cohorti  
 Dona ferunt, proq̃ acceptis dant munera plagis.  
 Cumque feri soleant donis mansuescere tigres,  
 Altricemque pati dextram, gens effera agrestes  
 Consumpsere dapes, pugnisque, hastisque colonum  
 Longè arcet, scissum reuolat mantile per auras,  
 Inque orbem cuncti vacuo lusere canistro.

Illinc digressi saxosa cacumina linguunt,

Iamque humilem vallè luco frondète subibât,

Cum iuuenum fulgere aciem, geminosq̃ sodales  
 Ante urbem septos armis, vinctosque catenis

Conspexere, grauem releuantes frondibus ætæ:

Scilicet Ignati decus ingens, prima Paccæ

Gloria, Iapponum lux, spesque, & clarus Iberæ

Gëtis honos, hic Torres erat, quæ magna creatrix

Illa hominum genuit, Granattî vrbs inclÿta, famâ

Vt veterem, & proauum titulos in luce nepotis

Incensi, propriosque etiam clararet honores.

Se se illi addiderat comitem, patremque fidelis

Associat Michael, laterique affixus adhæret;

Ac veluti ingenti variat connexa carinæ

Cymba minor, cum sæuit hyems, nûc alta retûdit;

Nunc humilis sustentat aquas, ventosq̃ parenti

Communes perfert, æstuque laborat eodem;

Sic graditur, sequiturque patrè, nec fluctibus vllis

Concedit Michael, Xoguni despiciit altos

P. Bal

thasar

de Tor-

res, &

frater

Micha

el eius

socius.

Cõpara

rio.

Irarum cumulos, Midsunique æquora temnit.  
 Hos Omra accitos similis pro crimine eodem  
 Pæna trahit, similesque vocat Midsunus ad ignes.  
 Cumque Ximabaræ lucum tenuere cohortes,  
 Limiades, sociique alij, iam Phæbus Olympo  
 Ardebat medio, cælique incenderat axes;  
 Næc prius expectantem urbem, populisque refertã  
 Præfetti insani monitus intrare sinebant,  
 Quam Phæbi e medio cursu descenderet ardor,  
 Flagrantesque faces vesper componeret umbris;  
 Cuncti ergo emensa fessi regione viarum,  
 Consistunt, lucisque altis, & valle quiescunt,  
 Quis Omuræ socij turba stipante sedebant.

Hic ubi Lysiadem, sociorumq' agmina Torres  
 Conspexit, vultusque fame, longoque labore  
 Exhaustos dubius tandem cognouit, amicum  
 Ductorem perit antè alios, sellæque propinquat,  
 Perque humeros, perq' ora viri, per colla moratus,  
 Saluæ, ait, o cæli decus ingens, magne Pæcæ?  
 Vosque etiam o nimium fidi salucte sodales?  
 Iesuadam illustres animæ, magnique Tonantis  
 Conuiuæ? quos æstra vocant, læstique beatum  
 Puluinar poscit, cænaque inuitat Olympus?  
 Lux etiam mihi læta, diesque extrema labori  
 Illuxit positura modum, spes vna senectani  
 Qua grauidam, latèque annos, Parcasque trahebã.  
 Hac ego ponè sequens, vestra & vestigia adorã  
 Ni mihi fortunam, & titulos fata impla tantos  
 Inuideant, potiar flammis, incendia dextra  
 Hac prenam, & toties iam, iam fugitiua tenebo;  
 Quod mihi si parcant ignes, ferus ipse laceßam

Ligna dabo, truncosque pyræ, veniantq̃ vocabo  
 Flamina in auxilium, flatuque incendia tollant;  
 Imbellesque rogos in me sœuire monebo.

Sique tibi pietas vlla est, miseretque precantis,  
 Quotquot habes Vulcanæ mihi concede rigores,  
 In me vnum Æthnæos apices, cunctasque Vescaui  
 Verte iras, verte incudes, atque antra Cyclopum;  
 Dum mihi flâmæ absunt, flâmis grauioribus vrer,  
 Igne cremor maiore: dabis cum Mulciber ignes,  
 Blandus eris, maiora tuis incendia flammis

Extingues; da sœue rogos, da Mulciber ignes.  
 Tuque etiam adspirans, cûctis precor Æole vêtis  
 Extructos succende rogos, tunc plena moranti  
 Vela dabis, flammisque ferar, ventisque sub astra.  
 Hæc, ait, Heroique suo defixus inhæret:

Nec minus interea clarum Paciecus Iberum

Detinet, affatuque ambit, ac talia reddit.

Quæ te magnæ Parens Omuræ de finibus egit  
 Consortem fortuna mihi? tu ne ille sepulchri  
 Hic felix habitator ades? non funere habebis,  
 Quem tumulum viuis toties habitare solebas;  
 E cinere, in cineres alios Hispanic vocamur  
 Sed iam flammaramq̃ globos, sœuosq̃ caminos  
 Te socio superare licet; tu maxime Torres,  
 Tu socijs, totique orbi, læto omine flammam  
 Ostendes, propriamq̃ Phærum Iapponia habebit.  
 Non equidè iactet posthac Ægyptia tellus  
 Molibus insignem turrem, cælique sub astra  
 Eductam, & toto fugientem vertice terras,  
 Vnde mari nocturna Pharus, ratibusque sequendâ  
 Ostentare facem, & flammam præbere solebas

Ductrices,



Ductrices, notasque oras ostendere velis;  
 Tū maior, meliorque orbi dabis inclyte Torres  
 Diuinās sub nocte faces, nullæque sequuntæ  
 Hos ignes, pelagi vasto sub gurgite puppes  
 Errabunt, scopulos ve truces, Scyllæ ve timebūt  
 Naufragium, euadent, cælique virentia tandem  
 Littora, & innocuis intrabunt ostia velis,  
 Næc solum tu sacra Pharus, tibi nomina mille  
 Concessere arces, felix Tarpeia? iacentis  
 Arx Fidci, Romæque decus, tu grande Damascum  
 Præsidium contra, tremor ingens, inclyta turris,  
 Quæ Libani suprema tenes, tuque illa potenti  
 Arx Dauidis fundata manu, quam mænibus altis  
 Mille ornant clypei, pendentiaque arma coronāt.  
 Ergo tuos tutare: potes namque, omina turris  
 Nec Deus incassum, aut titulos, & nomen inanè  
 Concessit, terretque hostes hæc nominis vmbra.

Dum Loiolæi memorantes talia fantur,  
 Custodes, alij multo per gramina somno  
 Funduntur, demittit equis pars maxima frenos,  
 Ut lucos tondere queant, hi quærere fontes  
 Intendant, alij colles transcendere saltu,  
 Aut disco certare parant, arcuque per altum  
 Ire nensus, volucrumque vltimos viduare sagittis,  
 Nec non & socios opera inter talia Afondus  
 Insequitur, primusque agros, atque auia lustrans  
 Tela gerit manibus, laterique accommodat ensē,  
 Sic cuncti sylua ingenti spatiantur, & aruis.  
 Non custodis egent vltro deuota caminis  
 Pectora; discedunt vigiles, solamque relinquunt  
 Gentem Ignatiadam, quam fixus corde fatelles  
Excubijs

Excubijs antiodit Amor, vincitque catenis.

Exemplò nemore ex denso Constantia curru

Flata, & magnis subuecta Leonibus exit.

It ferro redimita comas, palamque virentem

Fert dextra, clypeumque auro, signisque micatè

Sustentat læna, caput inclinata columnæ

Marmoreæ, solidoque humeros adamante nitescit.

Sub pede diffractos enses, decisaque tela,

Extinctosque ignes, & lethum inuicta premebat.

Est Robur felix auriga, hinc, inde Triumphi

Criniti lauro incedunt, & posthuma Fama

Prosequitur currum, dominamq. acclamat ouatè.

Sic ubi conuentum ad mediũ peruenit, honestos

Attollens oculos, gentemque ad busta paratam

Aspiciens, tali venerantes voce salutat.

Iesuadæ magni? genus insuperabile bello?

Illustres obitus, palmæque insignia tantæ

Vt memorem, verbisque ferès super astra reponã,

Adsum vna è cæli Nymphis Constantia, fortes

Estè viri, atque metus expellite corde ( timori

Si tantum ascendisse datũ, aut tètasse putadũ est )

Et primos reuocate animos; pignantibus vnquã

Non famæ, decoris ve fuit data copia tanti,

Non campo maiore vnquam victoria palmam

Proposuit, similes ve dedit mors inclyta honores.

Tuque xui decus o nostri? qui Limia, cuique

Durius, atque Tagus, Miniusq. & Monda superbas

Attollent aras, cælumque indicet honores,

Hunc cape bellorum comitem, palmæque futuræ

Grande omen, clypeum, & læta sub imagine rerũ,

Cerne Ignatiadum, quæ te dux magne sequatur

inuictæ

Constã  
tia Pa  
siecum  
& soci  
os ad  
mortè  
clypeo  
obar  
mat.

*Clypei  
calatus  
ra.*

Iniustæ gentes, venturaque prælia, quantique  
Egregium passi lethum super astra vocantur.

*Mor-  
tui in  
carce-  
re.*

Ecce sub infandis Cosuræ Dionysius umbris,  
Carceribusque trahit vallis ingentia ferri  
Põdera; magnanimus qualis sub cõpede Thomas  
Emicat aurata? rigidas Aloyse catenas  
Veris in argentum, gemmisque nitentibus ardes?  
Non paries, non æra premunt, non vlla catenat  
Hos animos compes, forti sub carcere virtus  
Libera, contemnit ferrum, chalybisque rigores.

*Com-  
busti.  
P.*

Hæc Pinti forma insignis, iuxtaque nitescit  
Baptistæ effigies, late queis sulphura, montesque  
Vngarî feruent humeris; hîc Ximus liendo  
Igne flagrat, fortesque inter incendia Nici,  
Iacobique micant vultus, lateque rubescunt  
Calati gemmis, auroque nitente camini.

*Pintus  
& alii  
Iap.*

Attoniti circum populi, flâmisque ministri  
Dant ventos, tædasque addût, dant ignibus ornos;  
Efferaque impositam consumit flamma Dianam;  
Adde rogo crepitus, viuunt incendia: at ipsi  
Iesuadæ exultant, lætoque aspirat Olympus  
In vultu; temnit flammæ, cui pectora amorès  
Diuini, cælique ardens est flâma medullas.

*Fovea-  
rû tor-  
mētum*

Hæc lauæ de parte nouum dux optime cernit  
Quod gês nulla modo, veterû non audiit ætas;  
Tormenti genus: offossæ tellure sub alta  
Horribiles foueæ, Cæli bellantis arena,

*P.  
Paulus  
Iap.*

Puluis, Olympiaci longè victurus honores.  
Hic rigido sub fune pedes suspensus iniqua  
Ex trabe, sacratumque caput, pectusque per altâ  
Deiectus foueam, Paulus sine crimine septem

Pendebig



Pendebit soles, totidemque ex ordine lunas,  
Ora madent, taboque oculi, flumenque cruoris  
Corpore descēdit toto, atque animā intercludit.

Tuque poli securus amor, frondosa coronas  
Cui primū dat Borba, sacras cui marmor ad aras

Omne suum, templumque parat Stremotia rupes,

Hic fulges Benedicte? tibi per tempora sertum

Floret Apollineum, textum medicantibus herbis.

Scilicet hunc media moribundum ab cæde tyāni

Eripient, tantum seu quod miserebitur hostis

Extinxisse virum, multo medicamine, & herbis

Antiquas vires, primumque accersere robur

Intendent, solitæque artus reuocare salutis:

Seu lentæ spatium morti. pænisque parabunt

Inducias, corpusque iterum renouare dolori

Vngæo, aut rabidis firmare in prælia monstros.

Ast illi cum blanda forent tormenta, leuesque

Tot pænarū artes, grauis est medicina: superstes,

Qui vixit pænis, vna hac solum occidit, olim

Sic te Vincenti lecto perijisse rosarum,

Tormentis vixisse ferunt: non viuere fortes

Delicijs nouere.

Nec non deijcitur, pendetque Ignatius, ille

Vera patris soboles, felix Adrianus? ardor

In natos venit patrius, fortesque columbam

Non aquilæ imbellem generant, timidūq; leones

Non visum proferre agnum: præclara parentis

Hic facta euicit factis, & funere funus

AEquauit patrium, magnis cruciatibus hæres

Succesit, licque esse suum nouere parentes;

Olli se pænis, paribusque in cædibus addit

N

Se comitem

P.

Bene-  
dictus

Ferua  
des.

Lusit.

Fr.

Ignati  
us mag

ni A-  
driani

filius

Galij  
Iap.

Se comitem Xistus, radiant florentibus ambo  
 Ornati fert's, gemmisque micantibus ambo.  
 His simili stant cæde pares, dextraq; Iosephus,  
 Gindonusque, rosasque sacra Damianus odoras  
 Fronte gerens; teque o socijs Mathæe triumpho  
 AEquali iungis, similique ex arbore pendes.

- P.* Nec procul insignem factis, & nomine Soufana  
 Conspice demissum souea, plantisque supernè  
*Anio.* Extantem, & cælo vestigia recta tenentem,  
*nus de* Cui modò lanificas linquens Couilania telas,  
*Soufa* Auro intertextis, multoque rubentibus ostro  
*Lusit.* Vestibus infudat, Soufa queis latior aras  
*Fr.* Induat, & natum donis felicibus ornet.  
*Nicola* Hic trabe deponunt Nicolai corpus, & igni  
*us, &* Victrices animi exuias, stadiumque trophæis  
*Petrus* Inijciunt, arsere tuum dux optime Petre  
*Jap.* Grande caput, sectæque manus, & frigida membra.  
*P.* Hunc ne vides multis religatum funibus, ingès  
 Supplicium, heu decus Italicû, primusq; Bitôtæ  
*Anio.* Urbis amor? trahitur Camium per templa Iacobus  
*nus la* Impia, perque domos Amide, per tecta Fotoquum  
*cobus* Raptatur, veterem superat Iapponicus Hector.  
*Ital.* En segetes, latosque inter Mauortia campos  
 Elbora confurgit; qualis de vertice claro  
*P.* Infula? que radiant gemmæ? nitet India, & õnis  
*Emma* Vnda sagi, Gangisque fluunt per tempora venæ.  
*nucl* Aspiciate, vt clarum muros deiecta vetustos,  
*Borges* Mille inter voces populi plaudentis alûnum  
*Lusit.* Excipit, & pronas inclinat ad oscula turres  
 Magnanimi Borgi, geminisque, auroque coronâ

Dat venerans, flauisque super contextit aristis,  
Magna Ceres, latè que arui regina patentis?

Hic quoq' (proli superi?) tu, què septena superbis  
Roma olim venientè excepit collibus, & quem  
Europæ, atque Asiæ iurato fœdere magni  
Suspexere duces, cui surrexere potentes  
Tot reges, Nacaurus ades? verissima regum  
Progenies, patriumque auges hac cæde decorem  
Non Arimandoni facta hæc ingentia lapsus  
Pollacet, ipse tua satis o, satis in clyte ductor  
Grande scelus, sociique fidem cum morte piassi.

At tibi Sicelidæ gentis, regni que Ioannes  
Triacrii supremus apex, quam læta supersunt  
Templa mari medio? prospectat abusq' Pachyno  
Insula, & ingenti nato capit ire triumpho;  
Iamque preces, & sacra parat, tantumque Sabæi  
Thuris, vt Aethæos merito putet esse minore  
In tot sacra ignes.

Non Costa indictū, non te sine nomine gémæ  
Liquerunt clypei, cuius si latior orbis  
Orbe foret toto, tantis se crederet ille  
Angustum factis, sonat Azeitania vallis,  
Auerij domus alta Ducum, tua nomina, Costam  
Respondent latè pelagica caua littora, Costam  
Rupibus elatis Arrabida læta resultant.

Ecquis erit tanta, qui maiestate superbit.  
Ille procul viuus oculis, & fronte serena  
Qui surgit, lætosque gerit per tempora canos  
Hic certè, hic ille est, terræ que, marisque subacti  
Legatus Romæ insignis, Vierius heros;  
Cui salit, & patria iam nunc formosus vtraque

P.

Iulianus

Nacaurus

ra vnus

è quatuor

or præcibus

laponicis.

P.

Ioannes

Mathæus

Sicili

anus.

P.

Ioannes

da Costa

Lusi.

P.

Ioannes

da Costa

Lusi.

P.

Sebasti

anus

Vierius

Lusi.



Durius it ripa, cui Castrodairus odores  
 Incendit, lymphæque niues, floremque Lyæi  
 Accelerat, sacrumque parat, cui Lyfia tandem,  
 Illa viri quondam, & fatorum ignara, negatos  
 lam facilisque, volensque aris persoluet honores.

P.  
 Mar-  
 cellus  
 Neapo-  
 litanus

Vltimus accedas cælo labor? inclyta Diæ  
 Materies arti, gemmisque, auroque nitenti  
 Marcelle argumentū ingens? quo magna superbit  
 Parthenope; illudens rediuuio funere Parcas,  
 Xaueri imperio Iapponem ascendet; at istis  
 Ostendent terris hunc tantū fata, nec illum  
 Xoguni sedem ad magnam, populandaque regna  
 Ire sinent, merito, nam si tua facta, tuumque  
 Os cælo afflatum, capitisque in signe videret,  
 Pro laticè iniecto, & foueis, timidaque catanna,  
 Supremos Marcelle daret Xogunus honores.  
 Et foret hoc cūctis tormentum maius: honoris  
 Tunc breuius, grauiusque manu Marcelle perires.

Inde alij, atque alij fatis felicibus vltro  
 Occumbunt; lentas quos contemplabere, cūctos  
 Non tempus memorare: loco sedet vltimus alto  
 Cantaber, hæcque videns flores Ignatius astris  
 Implicat, & texens lauro frondente smaragdos,  
 Felices natorum acies, gentemque coronat  
 Inuictam, & dextras palmis victricibus ornat.

Hæc pater omnipotens venturi præsciis æui  
 Electo, gemmisque dedit facta inclyta, & auro  
 Excussit formans, clypei que sub orbe notauit.  
 Quem tibi vir Limæ tuæ virtutis honorem,  
 Atque decus, palmæque damus felicibus omnia  
 Auspicijs, defende acies, teque omnia contra

Tela

Tels, rogi que iras, clypeus intabitur omnes.  
Dixit, & ad Superos curru sublata nitenti  
Inuehitur, nitidosque polos, & nubila fulcat.  
Iesuadeq; lachrymis perfusi suauibus ora,  
Adstabant taciti, præsentia terruit omnes  
Clara Deæ, abcessu voces, & verba remisit.  
Tunc sic Iyfiades nubes, aurasque secantem  
Insequitur Diuam, clarisque hæc vocibus addit:  
I decus, i Superum? pugnantium gloria? palmæ  
I genitrix? sacrosque iterum conscende penates,  
Digna Deo facies, claroque effulgere Diuum  
Concilio, tanti ne animis cælestibus ignes?  
Si c radiant oculi, talis nitet ore venustas?  
Si tamen humanasque preces, lachrymasq; beata  
Aure bibis, placidumque intrât suspiria cælum,  
Verte iterum fugitiua vagum Constantia currû,  
Siste parum, geruli sellas aptare curules  
Incipiunt, tortorque suos per rura vagantes  
Frænat equos, iâ flâmæ adsunt, absiste, sequemur.  
Vosque octo o fidei comites, Torresque, Ioânesq;  
Atque aliæ illustes animæ, vos prodiga vitæ  
Pectora? Xinsuqui, Rinxæ, Quisæe, Caune,  
Tuque Omuræ custos Michael, tu noster Achates  
Sadamathæe, comes vitæque, necisque, vocanti  
Vnâ oculos, letique animos defigite cælo,  
Muneribusque Deæ meritas persoluite grates;  
Atque ancile sacrum cuncti veneremur ouantes,  
Miremurque, necesq; iterum numeremus, & arma,  
Quis olim socij, vestra hæc exempla secuti  
Occumbent, claraque animas pro corde repédēt.  
O clypeum è cælo lapsum: quem martia Pallas

Non quondā armavit colubris, & Gorgone sœuâ;  
 Quæ Thetis haud lachrymis, quæ nō Ithonia fletu  
 Extalit, aut natis exorauere parentes;

Quem non Idaliæ precibus faber horridus olim  
 Præuigno effinxit Lemni fornacibus altis.

Hunc Superûque, Deiq; manus cælauit: honores  
 Quot radiât? quæ signa micant? quantosq; futuri  
 Post annos uiuunt casus, & quale per artem

In lapidem, inq; aurum deducitur argumētum?  
 Quem non hæc cædes, in sculptaque funera tādē  
 Incendent? magnas reuocate in pectora vires.

Hoc clypeo umbrati Dairum, rabiemque tyrāni  
 Midsuni, Mondique acies, cunctosque Fotoques  
 Possumus, & Stygios in prælia poscere manes.

His dictis incēsi omnes, quid valle moramur?  
 Acclamant, tardamq; necē, segnesq; tyrānos  
 Incusant, fierique horas in sæcula, donec

Adueniatiustum pugnæ tempus, pia flammæ  
 Cum fessos tandem excipiat, tantoque labore  
 Absoluat, cæloque animas, corpusque supremo  
 Det cineri nimium grato, blandæque fauillæ.

*Mors*  
*Asōdi* Vix hæc; frondenti montis de vertice Asōdū  
 Cum Zenus, tristisque Vllon, & flebilis Hizō,

Cuitodesque alij, vasta cum cæde cruentum,  
 Impositūq; humeris, magnō clamore trahebāt.  
 Namq; Erymanthēi non immemor ille triūphi,  
 Grandæusm dum telo aprum, cursuque fatigat  
 Errantem campis, sociorumque agmine cingit,  
 Bellua versa retro, fremituque, & murmure vasto  
 Consistit, toruisque oculis, & dentibus ipsam,  
 Atque suo telum perfusum sanguine quærens,



Ut videt inuehitur ventis, certa que sagittæ  
 Ocyor, & misero disrumpit dentibus aluum,  
 Perque pedes, & crura ruit, perque ora, per artus  
 Funditur; è contra gladio moribundus Afondus  
 Urget aprum, crebroque ictu, crudisque lacessit  
 Vulneribus, morte mque hostis cum morte repedit;  
 Ambo ferè, similique ambo cum cæde recumbunt.  
 Illum ubi sublatusque humeris, sociosque trahentes  
 In lectu videre patres, sædataque tabo  
 Ora, cruentatosque pedes, & viscera morsu  
 Conspexere, viro lachrymas, gemitusque dedere  
 Nequaquam meritos: hostili in funere gaudet,  
 Viuere qui nescit.

At Zonus, Resolenus, Hion, tristisque Subonos,  
 Et Zenus, circumque alij, de more cadaver,  
 Frigentisque animam deflent, ritumque parentant  
 Bonzano, effossa corpus tellure recondunt,  
 Terque, quaterque solum percusso vertice quasiat  
 Cum gemitu fientes, atque horrifono ululatu  
 Implorant Camiosque deos, Amidæque scelestos  
 Absoluentem animos, morientumque acta dolent.

Dum sic lugentes hæc impia sacra morantur,  
 Iesuadæ, ut magnos animis in gentibus ignes.  
 Atque pyram tardam, passu properante lacessat,  
 Custodes reuocant tristes, fixamque sepulchro  
 Militiamque, ducesque monent imponere frenos  
 Quadrupedi iubeant, sellasque aptare curules;  
 Namque senescentem iam, iam descendere ab alto,  
 Ardentesque faces sensim demittere Phæbum;  
 Iam tempus properare vias, & tendere in urbem,  
 Concurrunt, & cuncta parant, feruetque satellites,

Lictori immistus, clamorque per aera magnus;  
 Armorumque ingens strepitus sub valle resultat.  
 Ergo iter instaurat focijs Paciecius heros,  
 Sicque urbem ascendunt auidi, ceu valle reducta  
*Com.* Cum ceruum errantem fixit venantis arondo,  
*para.* Ille fugit, fixamque trahens sub corde sagittam,  
*sio.* Perque agros, saltusque volans, pertransit amœna  
 Prata rosis, herbasque terit, nec sistit amato  
 Douec fonte sitim, & defessos irrigat artus,  
 Iam moriens, fixoque animam subvulnere ponit,  
 Sic instant, breniterq. domos, murosque superbos  
 Nangasique adeunt, septique cohortibus intrât.

F I N I S

LIBRI VNDECIMI



## LIBRI DVODECIMI

## ARGVMENTVM.

*Vrbem Paciecus cum socijs ingressus, deferretur ad supplicium: moriturus Christianos alloquitur, & cum socijs omnibus vivus concrematur. Cineres in mare diffunduntur: & fluvius Lymia Neptunum ut exequias celebret, inuitat.*

## LIBER DVODECIMVS.



VM propèrant, tēstis veniens Mid-  
 sunus ab altis  
 Fræna ferox immittit equo, lar-  
 goque frementum  
 Quadrupedam sonitu plateas pre-  
 mit, excitat urbem.

Vtque expectatos nimium stipante cohorte  
 Excepit medios, sæuoque satellite cinxit,  
 Ad loca supplicij recto molimine tendit;  
 Ipse grauis gemmis, & pictis clarus in armis,  
 Licetorumque inter fasces, sæuasque securas,  
 Insultās, regit ore acies; hinc, inde ministros



Ire iubet, mortemque oculis inspirat, & ignes.  
 Midsuno comes egregius Feizois hasta  
 Ibat ouans, gemmisque ardens fulgebat Eois;  
 Frænat equum maculis varium, variabilis ipse,  
 Inconstansque animi, nam seruantissimus olim  
 Cum recti, Christi que Dei, legisque fuisset,  
 Nunc hominum, atque Dei desertor perfidus ibat  
 Christi adum ante alios crudelis sanguinis hostis.  
 Mistra virum, matrumque manus, discrimine nullo  
 Tendit in occursum, atque ætas effuditur omnis  
 Visendi studio, labor est irrumperere turbæ  
 Per medium, vix fuste ferox, armisque satelles  
 Submouet, aut ferrû intentans venientibus obstat;  
 Pulueream attollunt nubem, cælumque serenum  
 Obscurant, multisque aures clamoribus implêt.

*Locus*  
*пуганъ*

Deuenero locos, quæ sensim cliuis in auras  
 Assurgit, latè que æquor despeçtat, & urbem;  
 Hic syluam ingentem, & ramis fera machina cæsû  
 Ostentat nemus; hic sedes, atque alta ferarum  
 Testa iugis conuulsa iacent, voluerûque penates  
 Ardorei, Satyrûmque domus frondosa recumbit.  
 Proiectæ apparent multo cum subere quercus  
 Annosæ, ingentes fagi, cumque ilice mista  
 Populus, & pinus flammaram auctura furores.  
 Nunquam alias tantum visû est decrescere lucos;  
 Nec senij antiquam tantum posuisse Dianam.  
 Ligna inter tredecim surgût super astra columnæ,  
 Terribiles visu formæ, quas plurima circu in  
 Stat sepes, nimiumque subit metuenda sub auras.  
 Frangite nunc cicharasque dex, cætasque profusas  
 In lachrymas, gemitusque abeât, in flumina visus  
 Deficiant

Deficiant; nunc frōte decet deponere Daphnim  
 Phæbe tuam, nigraque caput damnare cupressū,  
 Quattuor euelli sacratio ē inōte columnas  
 Cum videam, totaque foras ab sede repellī;  
 Scilicet imbellis fugit has sua victima, cū iam  
 Vltima promeritas sponderent prælia palmas.  
 Nā falsi, vt perhibēt (piguit describere, dextrāq.  
 Et calamum padet?) Europæi quattuor villos  
 Cum iam vincla annos constanti corde tulissēt,  
 Perperis que essēt Christi pro lege laborum,  
 Pænarumque satis, deuicti nocte suprema  
 Vicinos timere rogos, Vestamque paratam.  
 Ergo iura Dei, Christumque è corde futuri  
 Regnatorem orbis, legemque, fidemque paternā  
 Abijciunt, Amidamque vocant in fædera, dulcē  
 Vt vitam, atque suos possint seruare, domumque  
 Desertam, & flammis arte hac vitare furentes.  
 Proh superi? quantum mortalia pectora cæcæ  
 Noctis habēt? quātis hominū mens acta tenebris  
 In Barathri exertos se se disturbat hiatus?  
 Quattuor ite procul, palma, parmaque relicta  
 Non bene, vecordes animæ? vestrique, Deique  
 Obliti, memores thalami, lachrymisque coacti  
 Natorum, lucisque huius communis amantes?  
 Ite ergo in pænas, ite hinc in Tartara; solum  
 Istatibi, sociisque tuis victoria magne  
 Debetur Franciscæ? hæc vos, hæc arca totis  
 Expectat spatij, vestris putat esse trophæis  
 Angustam, longèque alios exterminat omnes;  
 Hisque nouem cōtenta, nouē quos in clyta cæliū  
 Fama super, terrasque tulit, iam despicit, & vos  
 Maiores

Quattuor  
 tuor  
 Chris-  
 tiani a  
 fide de-  
 ficiunt

Maiores fama, ac titulis expectat ouantes.

Nunc iterum Cælestis Amor descende beatam

Ad montem, vitrei seu te plaga lucida regni,

CrySTALLI VE DOMUS TENEANT, siue alta Tonantis

Regia, vbi Superos, & corda beata laceffis;

Succumbit iam dextra oneri, calamique priores

Attriti suprema negant in carmina vires.

Ergo age diuinas iterum nunc exere pennas,

Atque alant impexam gemmas, varijsque decorâ

Syderibus, calamumque tuo concede poetæ,

Et pennam præbe ex alis, qua fata, pyrasque

Expediam, primosque æquent extrema labores.

Antè fores ergo, ramosiq' ostia Circi

Addabant læti, præsens non sæua minatur

Mors oculis, nihil illa animos, nil fortia turbat

Pectora; consistant, alacresque in limine primo

Officijs certant varijs, magnoq' Paceco

Dant primos aditus, intrat prior ille, sequuntur

Inde alij, totumque oculis hausere theatrum;

Feraleque inter frondes, syluamque timendam

Læti adeo exultant, intrent cœca Theßala Tempe,

Alcinoi ve hortos subeant, aut Tybur anaxnum.

Lætior ante altos se se Limæus inumbrat

Syluam inter; truncosque super sic fortis adibat,

Cœca nemus auricomum, & pomaria flaua fororū

Irrueret nouus Alcides, poma aurea dextra

Vt caperet, vigilemque oculis, astuque tremédū

Falleret, & vaita superaret eade draconem.

Postquam introgressi, cælo extendere supinas

Cam læti clamore manus, terraque voluti,

Quisq' suas amplexus, atq' oscula mille colunt e

*Cōpa-  
ratio.*



Dit lachrymās; ferus inde manus, & brachia circū  
 Tutorquet, duroque ligat cum stipite miles.

Tunc Paciecus ouans, tantoque elatus honore,  
 Cura turbam immensam latis efferrere campis  
 Aspiceret, Bonzumque suis vndare Varellis  
 Emisum, intentos oculos, atque ora tenentem  
 Midsunum, & cunctos sacrum spectare theatrum;  
 Ceu fato vicinus olor, trahit ore canorem  
 Extremum, circumque auræ, fluuiusque repressis  
 Fluctibus, & lucus taciturnis frondibus audit;  
 Haud aliter Lysius cygnea voce tumultus  
 Frænat olor, populosq; & non quâ flumine Limæ;  
 Sed qua se riguis fundunt incendia flammis,  
 Concinit & moriens, & carmine prouocat ignes.

O Pyra, & o votis meta exoptata? moraque

Affligens animū hunc, affligens pectora? tādē  
 Venisti, venias felix, quo purius ignis  
 Excoquat, immistisq; expurget fæcibus aurum;  
 Accipite in cineres hæc membra senilia flammæ,  
 Quas studia, & lachrymæ nostræ meruere, fretaq;  
 Sulcatum toties, & mille pericula in vndis,  
 Felix ille, datum tantos cui posse per ignes,  
 Perq; vndas transire: vnda hinc conspirat, & inde  
 Ignis, vterque meos in cælum attollit honores.

Hæc igni: inde urbem lachrymis, & voce parētis  
 Plorantem occasus, nec iam superesse volentem,  
 Solatur, sicque inde animos hortatibus implet;

Vos etiam grex ille meus ( si forte catannas

Euasisse aliquē, aut flāmas vitasse putādū est )  
 Vos mecum hanc festis velati frondibus omnes  
 Concelebrate diem, dextrisque attollite palmas.  
 Siq; meus sudor, si quid gens sacra tot annis

Com-  
 partia



Membra, tuosque manu cineres, atq' ossa legētē  
 Mira fides, hæc facta inter te, dulcis Iesu,  
 Sæpe vocat, tibi labra mouet, teq' optima Virgo,  
 Inuocat emoriens, & te iam voce cadente  
 Murmurat, in te oculos, in te suspiria mittit  
 Vltima, & astri feris animum tibi soluit in vinis.  
 Ah phœnix, quam lætus abis? quam despicias iras  
 Vulcani, gaudesque tuis pubescere flammis?  
 Quam flammis, quantoque volas formosior? ipsam  
 Lunam vltra, solemque subis, iamque aurea pēnis  
 Sydera, iam vitreos axes transcendis, & ipsi  
 Non te acie possunt oculi seruare sequentum,  
 I felix, partoque diu lætare triumpho.

Natorum interea flammis chorus arserat *ōnis*. *Cælo*  
 Atque poli per inane Patrē iā passibus æquis *excipi*  
 Applausu insignem, & pōpa comitabat ouantē. *untur.*  
 Quos ante it veste in niuea pulcherrimus ales  
 Iaponiel, primusque vias longo ordine mōstrat;  
 Hunc sequitur captiua cohors, it vinc̄ta deorum  
 Vana Superstitio, grauidas ceruice catenas  
 Excutere Impietas, nexuque abrumperē tentat,  
 Nec valet, æratosque gerit per corpora nodōs.  
 Pectora Sæuities, faciemque infecta cruore,  
 Effracto incedit gladio, cui proxima latis  
 Passibus Ambitio graditur, sequiturque Voluptas  
 Idalia nutrita domo, flammisque Libido  
 Extinctis, scissaque furens Discordia palla.  
 Accedit toruo fastosa Superbia vultu,  
 Vinc̄lorum in pondus surgens, iterumque relabi  
 E cælo metuens: manibus Fraus impia, colloque  
 Ipsa suos perfert laqueos, & licia telæ.



Tunc se Figrities manibus post terga reuinctis  
 Lenta mouet, tractoque solum cum pectore verrit:  
 Nec non Inuidia incedit, furiosaque rodit  
 Vincula, ne tandem careant ora in improba morsu.  
 Hanc aciem multo ære graues, vinculisque sequitur  
 Lugentes Camium turmæ, procerisque Fotoquum,  
 Ferrenus, grauidusque annis Fumafus, & Vllon;  
 It quoque tercentum nodis, totidemque catenis  
 Colla, manusque ambas, & trilitia pectora vincit  
 Roncharon, patiturque nefas, namque ipse latet  
 Prodidit arte sua, traxitque in vincula Pacem,  
 Inde alij, tunc Xaqua ferox, Amidæque superba  
 Colla gemunt ferro, picto pro murice, regis  
 Pro sceptro, & solito nunc pro diademate, honorum  
 Est fatis, est magni Lysij seruire catenis,  
 Sic victæ properant gentes, turmisque secundis  
 Aligeri magni incedunt, & quisque priores  
 Exiit, ac longè meliores induit alas,  
 Stellantesque habitus, sparsisque nitentia gemis  
 Pallia, cælestesque togas, humerosque fluentes  
 Stella sinus formosa ligat, nodoque coerces,  
 Ibat & auratis virtutum exercitus alis,  
 Quam ducit galeata Fides, clarumque per auras  
 Vexillum attollit, totoque effulget Olympo.  
 Se quoque cygneis tollit super æthera plumis  
 Calla Pudicitia, albentes è fronte pruinas  
 Dispergit, manibusque rosas fert Diua niuales,  
 Haud mortale micans, non illi splendida Phæbe  
 Certaret radijs, toto licet orbe micaret,  
 Plenaque deuictæ contemneret astra Diones.  
 Hanc prope iam læto gradiens Patientia vultu,

Incisum multis, sed non penetrabile telis,  
 Gestabat clypeum, palinamque inuicta ferebat.  
 Innumeræque aliæ flagranti in veste sequuntur.  
 Addit se comitem, solemque, & sydera vultu  
 Obscurat cælestis Amor, latusque coruscas  
 Fert dextra flammæ, victorum in signe, facemque.  
 Attollit, niueeque polo se se aureus insert.

Protinus æthereo nubes præluce Olympo  
 Candida, lesuadumque sacros imitata caminos  
 Innocuis splendet flammis, pronasque rubetes  
 Incendit, simulatque rubris variata pyropis.  
 Non olim incensis tibi, magne Elia, quadrigis  
 Clarius ire datum, tales se lucida nubes  
 In flamas voluit, tantoque accenditur auro.  
 Ut propius venire, globus tunc nubis ab alto  
 Scinditur in partes geminas, iatusque refulget  
 Syderibus, palmaeque nouem, totidèque coronas  
 Ostendit, Lysiumque ducem, clarosque sodales  
 Sedibus exceptit niueis, ostroque locauit.  
 Tum circum Aligeri proceres, gentesque peritæ  
 Concentus variare modos, flexusque ciere,  
 Et digitis pulsare lyras, & pestine chordas,  
 Aera mulce dāt citharis, & sydera cantu;  
 Nec non alternis plaudit chorus alter, ouantes  
 Mille agitant pedibus plausus, & nablia tentant  
 Ad numerum; festisque sonat clamoribus æther;  
 Iesuadæ læti ascendunt, oculisque choreas,  
 Diuinosque probant numeros, & carmina laudāt,  
 Enadunt celeres, cælique palatia vecti,  
 Adstabant portis, gentis cum maximus author  
 Loiola effulgens auro, stellisque decorus

O

Egreditur,

Egreditur, signumque manu radiantis Iesu  
 Deponens, patrijs venientes excipit vlnis.  
 Hunc prope gemmarum radijs Xauerius ardens,  
 Atque Tago, atque Indo, totoque Oriëte coruscus  
 Adproperat, claro radiantem pectore solem  
 Gestabat, se vno radijs, atque igne minorem.  
 His alia, atque alia magnis Heroibus ortæ,  
 Illustres venere animæ, cunctique sodales  
 Floribus aspergunt varijs, ter brachia collo  
 Dant cunëti, & lata gradientes voce salutât.

Nec morâ, um primùm fandi Xauerius, inquit,  
 Da veniam, Loiola parens, namque omnia nosti

*Pari-  
 sis vo-  
 ta sol-  
 uit Ig-  
 natius  
 cum so-  
 cijs in  
 AEdæ  
 Virgi-  
 nis, qua  
 dicitur  
 mons  
 Marty-  
 rum.*

I apponunt mihi forte dari, proh qualia cerno  
 Funera? quam nitidis resplendent agmina flâmis?  
 Hoc Pater, illud erat, Socijs cum primus ad aras  
 Monteque Martyribus sacro pia vota Tonâti  
 Soluisti, non omen abest; iam maior Olympo  
 Mons, tua Relligio est: quæ frondibus vndiq' latè  
 Martyrij decorant palmæ, pendentia truncis  
 Tela nitent, nudique enses, diræque catannæ;  
 Quin etiam elato montis de vertice fontes  
 Sanguinei, riuque fluunt, submïtte liquores  
 Pinde tuos, cedatque rubro crystallus honori.  
 Ignuomus flammatur apex, vestroque sodales  
 Igne flagrat, tantisque rogis mons igneus ardet,  
 Flammam uni vt nûquam tantum eructasse Vescuû  
 Crediderim, subdatq' suos Aethna alta caminos.  
 Cedite Terrigenæ conuoluere Pelion Ossa,  
 Atq. Ossa Atlantê, Atlantique imponere Olympû:  
 Hoc vno ad cælum graditur monte; iste sub astra  
 Vos duxit comites, & te Limæ, tot annos,

*Quis*



Quis placuit seruare meos, & morte labores  
 Obsignare? manu quorum, tot prælia, & inter  
 Torcædes mansisse meo Iapponæ Tonantis  
 Imperium, Christique fidem superesse fatebor.  
 Ergo agite, vos digna manent, iustumq; coronæ  
 Tempus adest: non dicta moror, concedite tectis.

Sic ait, & socij latibipatientibus omnes  
 Accipiunt portis, iuuat ire, & patria regna,  
 Promissasque videre domos, vbi Numine Numen  
 Tergemino stat sede pari, pueroque beatos  
 Diua Parens, cælique acies, & tecta serenat,  
 A Eternosq; animis oculis inspirat honores.

Hic te magne Parês niueis pulcherrimus astris,  
 Atq; auro, atque rosis, atq; inclytus argumêto  
 Exceptit Pacieeæ thorus; quo Lybia, & omnis  
 India, Iapponumque vrbes, & Sina superbo  
 A Ere micât, viuuntque suis animata figuris;  
 Oppidaque, & casus, vitæque, necisque labores  
 Cælantur Pacieeæ tuæ, totusque per aurum  
 Incedis, gemmisque nitens fulgentibus ardes.  
 Nec non, & ferro informes, subterque gementes  
 Ingentis solij basem, crudelia monstra,  
 Midfunus, Mondusque iacent, & colla recurui  
 Infrendunt, rabieque ardent, tristesque trilingui  
 Ore gemût, oculisq; trahût lachrymâtibus vndas;  
 Pectoreque, & patulis effundunt naribus ignes.  
 Idem alios exæquat honor, similique sodales  
 Maiestate sedent, cunctisque æterna sequuntur  
 Gaudia, perpetuoque exultant astra triumpho.

Dum sic æthereos animi subiere penates,  
 Ligna cadunt, posuere rogi, vix fumus in auras

*Solium  
 Pacieeæ*

*Cineres  
 Ibat in mare*

*diffun-  
duntur*

*P. Al  
marus  
Seme-  
dus.*

Ibat iners, vix scintillabant busta fauillis  
 Frigida, iamque ardor, iam flāma quieuerat ōnis,  
 Non tamen ira feri potuit frigere tyranni,  
 Non ardor, non flamma cadit, crudelior ille  
 Sequit adhuc, cinere s que pios super æquoris vnda  
 De ferri, Thetidisque i vbet diffundier aruis;  
 Inscius ille vndis felicia semina mandat,  
 Iesuadum vt segetem, Neptunia rura quotannis  
 Læta ferant, reddantque tibi cum fænore Iappō.  
 Aspice ab Europæ venientes littore classes,  
 Quot socios quantasq; ferant tibi, cōspice, messes,  
 Fertilis vndarum seges est: nec semen inanes  
 Spes alit, & votis tunc respondebit auaris;  
 Cum tibi Romulida redeuntem ex vrbe Catonē  
 Iam tonsam, cultoque habitu, vultuque Seme dū  
 Excipies, Latia numerosum prole per oras  
 Intrātem, & Ly s iam commotam ab sede trahētē.

Sed vos æquoreis notī, assuetique periclis,

Ite pij cineres, indiscretique supremis  
 Fluctibus? hæc tanti commercia rumpere lethi  
 Non carcer, non flamma ferox, nō vnda valebit,  
 Nil vos o socij, nil vos post funera pæna  
 Hæc tangit, nos, nos petit hæc iniuria, pænas  
 Nos istas Midsune damus, qui pulueris huius  
 Pignioribus, flāmæ exuuiis, magnisque caremus  
 Diuitijs, tantaque inopes in cæde manemus.  
 Non totus rapiere tamen Paciee? Ioannes  
 Non totus, pars magna tui Rinxæ? tuique  
 Dux Torres, comitumq; hæreat sub pectore nobis  
 Expressi niuei mores, & plurima vestrum  
 Effigies animo semper victura manebit.

Sed cunctis commune solum, terræque patentis  
 Dum negat exiguum munus mans cæca tyranni,  
 Dat tumulo totum Oceanum, vestroque tenetur  
 Vnda omnis, quocumque iacet sub sole sepulchro,  
 Dumq' adimit tumulos, notis nec viuere in æuū  
 Concedit titulis, & vestro nomine saxum;  
 Proderit hæc olim forsan iactura sepulchri,  
 Nam cædem hanc, clarosq' ignes, & facta minorū  
 Cum tandem sacris altaribus audicet ætas,  
 Cum tumuli nusquam fuerint, & nulla supersint  
 Tam sacræ argumenta necis, rapuisse putabunt  
 Vos claro Aligeros cælo, vestraque benigno  
 Ex nauis gremio exceptas super æstra locasse.

Hæc vbi suspensa ventis referentibus aure,  
 Crudelesque obitus, & fata extrema Paceci  
 Limia percepit. vitreo lachrymosus ab antro  
 Exiit, atque rosas, floresque è cornibus altis  
 Deiecit, lentumque humeris detraxit acanthum,  
 Et fluidam viridi viduauit arundine dextram;  
 Utque animo gemitus, oculisque fluentibus vllū  
 Et dolor, & lachrymæ, & nunquā deflenda dedere  
 Damna locum, proprijs sic turbidus imperat vndis  
 Ite vndæ hinc celeres orasque recurrite ad illas,  
 Quæ cineres fluitant magni, luctuque remoto,  
 Talia Neptuno verbis memorate patienti.

Magne parēs, cunctarū ingens regnator aquarū  
 Neptune, humentes nostris da vocibus aures;  
 En tibi noster amor, nostri pars magna Pacecus,  
 Et toties commissa tibi, totiesque fluentis  
 Præda tuis crepta, redit mansura, supremum  
 Te quærit, notosque petit tuus incola fluctus;

*Fluuius  
 Limia  
 Neptu-  
 nū inui-  
 rat vq  
 Pacieci  
 & socio  
 rū exe-  
 quias ce-  
 lebret*



Ille tibi, terræque, fuit dum vita, solebat  
 A Equales partire dies, nunc viuere in vndis,  
 Degere nunc terris, nauēque, domūque vicissim  
 Incolere, & vestras arte hac componere lites;  
 Hec viuis: nunc morte venit tibi totus, iniquæ  
 Non partem exiguam terræ, non ossa reliquit.  
 Tamque cadit titulis maior, iam morte decora  
 Pulchrior, & magno natorum examine septus;  
 Nos tua progenies, Tethysque argentea proles,  
 Hos nimium Pater alme tibi gratamur honores.  
 Ergo animi rex magne sinus expande, nouenuq;  
 Excipe depositum, cui non placuere superbæ  
 Pyramidum moles, non ditis clara sepulchri  
 Saxa Semiramidi, non sidera Mausoleum  
 Obscurans vicina sibi, nec quidquid inanis  
 Gloria per tumulos victuri exquirat honoris.  
 Non capit hos cineres tellus angusta: decusque  
 Vix tantum oceano capies, licet omnibus vndis,  
 Crystalloque omni componas sedulus vnam;  
 Hanc tamen, vsq; licet, dum fas est, pone, rubentes  
 Mille addant Nymphæ conchas, circumq; retexant  
 Coralijs, gemmisque super fulgentibus ornat.  
 Hic mores, & facta virum, claroque figuras  
 Inferrent au ro, tantoque emblemate cælent,  
 Vt Tagus inuideat, vitreo sub gurgite quantis  
 Virginos thalamos, venerandisque ossibus aras  
 Irenæ extulerit; nec iam se Pontica iactent  
 A Equora, Clemēti, sibi quod memorabile quoddam  
 Extraxisse datum, cælo ædificante, sacellum.  
 Nuac superest tibi manus opus Neptunæ parandū  
 Pluribus hospitium est, plura, que in fluctibus aræ.

Officio careat Glaucarum nulla fororum;  
 Hæc Arabû lachrymas, thura hæc incēdat, odoret  
 Hæc tumulum, notûq; mari cremet ambara circû,  
 Ter caput inflectens, ter flexo poplite adorans.  
 Has Thetys superet donis; & sedula quondam  
 Si tumulum, famamque sui decorauit Achilles  
 Flore amarâtheo, nunc facta æterna, sepulchrûq;  
 Immortale decent immortales amaranthi.  
 Ipsa rosas cineres Doris conspergat, arundo  
 Umbret humû folijs, yluæque, atq; alga palustris.  
 Vos quoque Delphini celebrê longo ordine pöpâ  
 Ducite, vos Nereu, Protheuque, & Glauce, marini  
 Vos proceres, cælo maius feretrum, ossaque tanta  
 Ferte humeris, non vlla tamen sit præfica, nulli  
 Hic fletus resonent; obijt non flebilis ille,  
 Cui decus immortale manet, nomenq; superstes  
 Post obitum, & fato nihil est, nisi corpus adëptû,  
 Atque vltra non posse mori.  
 Pro gemitu, & lachrymis, teneris cōcētibus auras  
 Suspendat, frænetque vndas, & carmina plectri  
 Crystallum pulsans canat exequialia Siren.  
 Sic nunc funereos ritus, sic iusta supremo  
 Det cineri, & claris sic ossibus ille parētet.  
 Vosque vbi longeuum affatæ, nōstrique Paceci  
 Ossa vbi complexu multo, longoque precatu,  
 Atque vrnâ labris, cineresque vrgebitis, Vndæ  
 Huc iterum celeres cursum properate, meique  
 Limiadx partem, si fas est, ducite lymphæ.  
 Limia sic magnos verbis illudit amores,  
 Vrgentemque animo tendit lenire dolorem,  
 Atque Vndæ mandata parant, pelagique per alta

Regna intrant alacres, & littora iussa requirunt:  
 At tu, quæ lachrymâs iâ nunc, Frâcisce, suprêmû  
 Alloquor, & vastis cerno tumularier vndis?  
 Hospitio concede tuo, gaude omine tanto;  
 Tu Deus Oceani, tumidarum Numen aquarum  
 Semper eris, tibi sacra dabunt libamina cymbæ  
 Victrices, nautæque tuo sub nomine cursus,  
 Felicesque rati ventos, atque astra vocabunt.  
 Hæc cinis: ast animû Superû residere putadû est  
 Concilio, & terræ iam fastidire recessus.  
 Si tamen humanusque dolor, questusque per âplû  
 It cælum, Paciece meis da vocibus aurem:  
 Te, quæcunque tenent cæli bona, nulla beatos  
 Immemores fecere; tibi non pocula Lethes  
 Vlla, nec Elysi; placuere obliuia campi.

Ergo memor conuerte oculos, & respice festû  
 Iapponem, afflictis iam fas est parcere: multum  
 Iam ferroque, igniq. datû est, iam fræna tyrânis  
 Inijce, & effusas igni pater optime habenas  
 Compesce, iratosque enes vagina recondat.  
 Diluuiò exacto, ramum frondentis oliuæ  
 Læta ferat rostro, cælo applaudente, columba,  
 Iapponi pacem indicens; Saturnia surgant  
 Tempora, & infans claudantur limina Belli.  
 Da pateant Limæ tuis régna inuia, portus  
 Pande viam, placidosq. aditus, quo lætiôr intret  
 Pastor, & ipse suæ tandem hac in cede Iacobus  
 Natorum occasus, & funera sæua Racheli  
 Ploranti abstergat lachrymas, fideique per vrbès  
 Signa ferat, templisque sacros instauret honores;  
 Utque rogos, ipsasque altum Xoguna catannas

Auerſantem

*Iaco-*  
*bus A-*  
*loysi-*  
*us Epis-*  
*copus*  
*Iappo-*



Auersantem aniuo, transactaque facta dolentem  
 Iamque Dei conuersum aris, Daurumq;, Tonosq; *nensis*  
 Vnâ omnes baculo insignis, mitraque verendus *modo*  
 Rore sacro aspergat, clarosque nivalibus vndis *electus*  
 Poscat in amplexus, æternaque fœdera iungat:

Qualis sedata cum tempestatæ serenus,  
 Nubibus ostendens se versicoloribus arcus,  
 Detergit cælo fletus, solemque nitentem  
 Aurata cum pace ferens, componit Olympo  
 Has terras, hominesque Deo placatus amicat.

Nunc quoq; (si iâ famæ aliquid, vel nominis ūbrâ  
 Lusiaci si restat adhuc) Franciscæ fluentes

In te fessa oculos figit tua Lysia, nosce  
 Seruiles habitus; hæc est, quam sæpe sedentem  
 Sceptra super, regumque super diademata, & õnes  
 Frænantem imperio terras, mare puppe te gentem  
 Suspexit, dominamque videns obmutuit orbis.  
 Da Lysiæ antiquam Lysiam, fessæque priores  
 Da titulos, Lysiamque sibi Pater optime redde.

Tuq; etiâ (Superis si fas meminisse suorû est)

Da Pacicæ tuis dextram, & vestigia amoris  
 Siqua manent veteris, cognataque pectora, cerne  
 Grande tuû Franciscæ decus, cerne arma, carinas *Gasp-*  
 Aspice victrices, queis te germanus ab Indo *parPa*  
 AEquore iam supplex fraternum sydus adorat, *ciacus*  
 Gaspar amor Martis, magnusq; per æquora ductor. *Fran-*  
 Is modo nauali metuendus classe per vndas *cisci*  
 Expertos pelagi duro certamine Olandos  
 Expugnat, victorque rates sub gargite voluit. *Fra-*  
 Ille etiam immani nostrum pro cæde Mogorem *ter.*  
 Cædit ouans, Lysiiisque armis, & classe flagellat;

Atque

Atque iterum euerso iam pro Bandele superbam  
 Ipsius ante oculos attollet mænibus arcem.  
 Tu tamen o Cæli decus ingens? iniice classi  
 Felices austros, funesque, & vela ministra;  
 Militibus concede animos, roburque virile;  
 Nec non & gladium cæli de parte rubenti  
 Ignitum, parmamque astris fulgentibus aptam  
 Da fratri Paciece tuo, queis fræna Mogori  
 Imponat, queis Maurus Arabs, & Turca superbum  
 Submittat collum, munus quod sæuus Olandus  
 Horrescat secum referens, quo tuta quiescant  
 AEquora, & Indani tanto sub Marte triumphet.  
 Nulla mei tandem capiant te obliuia: nostri  
 Sis memor, atque animû, calamûq' agnosc, cancti  
 Da veniam, da magne Parens, temerarius istos  
 Non vltro flores, non triui hæc sydera, iustus  
 Huc veni, & trepidi factorum è gurgite tanto,  
 Carmine degeneri modicos libauimus haustus.

FINIS

TOTIVS OPERIS.

# I N D E X

Aliquorum nominum priorū cum  
notationibus ad poeseos intelli-  
gentiam. Numerus indicat  
paginam.

## A

- ADAMVS** . Christianus Iappon, pro fide decol-  
latus apud Xiqui oppidum. 86.
- AGNES** . Iappona, simonis coniux, pro fide  
Crucifixa, in regno Fingi. 87.
- ALEXVS** . Iappon legatus ad Cubosamam.
- ALBVERTIVS** . Alfonso Albuquerque, Lu-  
sitanus dux, qui primus Goam subegit, & prope ma-  
re, quod vulgo Roxo appellant, crucem vidit cælo  
expressam in victoriæ signum. 144, & 160.
- ALFONSVS** . Doctor Alfonso Mendes, Lusita-  
nus, societatis Iesu, Patriarcha Aethiopiæ. 43.  
Item Alfonso Castus rex Castellæ, qui Ecclesiã  
Compostelanam auxit. 116.
- ALMEIDA** . Doctor Apollinarius de Almeida,  
Lusitanus, Societatis Iesu, Episcopus Aethiopiæ,  
pro fide occisus. 43.
- ALOYSIVS** . Aloysius Casae Iappon, frater Socie-  
tatis Iesu, pro fide obiit Cosuræ in Carcere. 192.
- AMBROSIVS** . Ambrosius Ferdinãdus Lusitanus,  
frater societatis Iesu, pro fide obiit in carcere. 167.
- ANDRADIVS** . P. Antonius de Andrade; Lu-  
sitanus,



# INDEX.

- sitanus, societatis Iesu, Goanę prouincię Prouincialis, qui primus Tibeti regnum inuenit. 43.
- ANTONIUS.** Antonius Quiuni, Iappon, frater societatis Iesu, pro fide uiuus igne afflus. 167. Item D. Antonius Abbas, Collegij Vlyssiponenfis societatis Iesu Patronus. 111. Tandem Antonius Paciecus. P. Francisci Frater, qui in oppugnatione Ceilani gloriose occubuit. 148.
- AQVITA.** Mathiamon Aquita Ludouicus, Iappo nobilissimus, pro fide occisus Cofinocęi. 64.
- ARCEL.** Angelus custos arcis in qua Paciecus uinctus seruabatur. 96.
- ARIMA.** Iapponię regnum.
- ARIMANDONVS.** Dominus Michael, oriundus a regibus Arimę, & vnus ę Principibus, qui Romę uenere, postea societate ingressus, deseruit. 195.
- ARIMANENSIS,** Arimanęse. adiectiuum deductum ab Arima.
- ARRABIDA.** Montes Lusitanię prope mare Azeitanicum, patria. P. Costę, qui pro fide gloriose occubuit. 195.
- ASONDVS.** pęfectus militum, qui Paciecum a Ximabara ad Nangasaquum duxit. 59. & 175.
- AVRELIVS.** D. Aurelius, Augustinus, unde eius Eremitę Aurelios dicimus. 5.
- AZEITANIVS,** adiectiuum ab Azeitanio oppide, ubi sedes Ducis Aueroensis, patria. P. Costę. 195.
- B**
- BANDEL.** vrbs Lusitanorum in terris magni Mogoris ab eodem euei sa.
- BAPTISTA.** P. Ioannes Baptista Zola, Societatis Iesu,

# INDEX

- fu, Rector Tacaci, Italus, Brixianus vnacum Pa-  
cico viuis crematur. 75. & 178.
- BENEDICTVS. P. Benedictus Fernandes, Lusi-  
tanicus, Borbensis, Societatis Iesu, pro fide in foue-  
is suspensus, inde ereptus, dū medicinis curatur, in  
ipsis moritur. 193.
- BOLENA. Anna Bolena pellex regis Henrici, &  
Angliæ excidium. 162.
- BONZVS, Bonzi sacerdotes sunt Iapponum, quī  
religiosorum more in cœnobijs habitant
- BORGIA. B. P. Franciscus de Borgia, dux Gandiæ,  
& tertius Generalis Societatis. 113.
- BORGIVS. P. Emmanuel Borges, Lusitanus, Ebo-  
rensis, societatis Iesu, pro Christi fide exulatum  
iuit, in Iapponiam redijt, ibiq̃ concrematur post  
foueæ tormentum. 194.
- BRIXANVS. adiectiuum a Brixa P. Ioannis Bap-  
tistæ patria.
- BVNGVS. Iapponiæ regnum.

## C

- CHAINVM. potus Iapponum, vini loco 54. & 176.
- CAMII. dij Iapponum, vulgo, Camis.
- CONSTANTIVS. Imperator Cōstātini magni fi-  
lius. 40 Item. P. Camillus Constantius, Ita-  
lus, pro fide igne viuis concrematur. 167.
- CARVALIVS. P. Iacobus Carnalius Conimbri-  
censis, Societatis Iesu, pro fide stagno gelato de-  
mersus perijt. 168.
- Item P. Michael Carualius, Lusitanus Bracharen-  
sis, Societatis Iesu, pro fide viuis crematur. 167.
- CASELLA. P. Stephanus Casella, Lusitanus, soci-  
etatis

# I N D E X

- etatis Iesu, qui vnâ cum P. Ioanne Caprali reg-  
 num Potentis primus intravit. 43.  
**CASTRODAIRVS.** Oppidum Lusitaniz P. Sebas-  
 tiani Vieira nobilis patria. 11.  
**CATANNA.** genus gladij apud Iappones.  
**CAVARATVS.** Frater Cauarata Ludouicus Iap-  
 pon, societatis Iesu, pro fide viuus crematur. 167.  
**CAVNVS.** Frater Vincentius, Caunus, Iappon,  
 pro fide vincus a Pacieco in societatem admissus,  
 & cum eodem igne crematus. passim,  
**CEILANVM.** Regnum in India Orientali, pyro-  
 pis nobile.  
**CERQVERIVS.** Ludouicus Cerquerius, Lusita-  
 nus, societatis Iesu. Episcopus Iapponesis. passim.  
**CHVSA MONVS.** Christianus Iappon, qui a fide  
 deficiens, Paciecum prodit. vulgo Chufaimon.  
**COMORINVS.** Tractus Orientalis Indiz, merci  
 um ditissimus.  
**COLVMBVM.** arx Lusitanorû in regno Ceilani.  
**COSTA.** P. Ioannes a Costa, Lusitanus, Azèita-  
 nesis, societatis Iesu, in foueis pro fide moritur.  
**COSMVS.** P. Cosmus de Torres Castellanus, ex  
 primis Iapponiz Apostolis.  
**COVILANIA.** Oppidum Lusitaniz, patria mag-  
 ni Patris Antonij de Soufa.  
**COSINOCEVM.** Oppidum Iapponiz, in regno  
 Tacaci, vulgo Cuchinocu.

## D

- DAIRVS.** Summus Sacerdos Iapponum, vulgè  
 Dairi.  
**DAMIANS.** Iappon, Frater socie-  
ratis



# INDEX

tatis Iesu, in foueis moritur.

**DENSAMONVS.** Mundi confanguineus, qui Paciecum, & socios in carcere afflixit, & ab iisdem conuersus est. Iapponice Denfaemon.

**DIONYSIVS.** Iappon, Frater societatis Iesu, viuis igne affus. 167. Item alter Dionysius, Iappon, Frater societatis Iesu, pro fide in carcere obiit Cosuræ. 192

**DOIVCVS.** Doiuci appellantur catechistæ, quibus in Iapponia Patres Societatis vtuntur in prædicatione Euangelij.

## E

**EDOARDVS.** Edoardus Paciecus, Lusitanus, dux strenuissimus apud Indiam. 46.

**ELBORA.** Vrbs Lusitaniæ, sedes magni Præfulis, campique Transagani ditissima.

**EMMANVEL.** Lusitanorum rex felicissimus. 144

## F

**FECVNDIA.** Oppidum maritimum prope Nangasauum.

**FAXIMA.** Regnum Iapponiæ.

**FEIXOIVS.** Nobilis Iappon, a fide christiana apostata.

**FIGEN.** Regnum in Iapponia.

**FIRADVM.** Oppidum Iapponicum in regno Figesû.

**FOTOQVES.** Iapponum dij.

**FOVEA.** genus tormenti, in quo Iappones tyranni, Christianos ne morientes populum hortarentur ad fidem, in præaltam foueam è capite cruravæ que demittebant, cumque obibant in frustra dissecti coniciebantur in ignes.

FRE.

# INDEX

- FRENOXIMA. Mons celebris apud Iapponem.  
 FROES. P. Ioduuicus Froes, Lusitanus, societatis Iesu ex primis Iapponiæ Apostolis. 20.  
 FVCVNVM. Vrbs metropolis in regno Serungæ, Iapponice Fucuno.  
 FVSAIVS. Gondifalus Fufai, frater societatis Iesu, pro fide lento igne affatus. 167,

## G

- GALLAE. Populi Aethiopiæ.  
 GASPAR. Gaspar Paciecus a Mesquitta P. Francisci germanus, ductor oceani in India. 217.  
 GOA. Vrbs clarissima, caput imperij Lusitani in India.  
 GONZAGA. B. Ioduuicus Gonfaga, Marchio Castellonis, societatis Iesu. 43. & 113.  
 GUSMANVS. S. Dominicus de Gusman,  
 GYRONVS. P. Ioannes Rodericus Gyrão, Lusitanus, societatis Iesu. 16.  
 GYNDONVS. Gyndonus Ioannes, Iappon, Frater societatis Iesu, obiit in foueis pro tuenda fide

194

## H

- HALA. Nomen, quo Deum nuncupant Mauritanî.  
 HEMPO. Simon Hempo, Iappon, Frater societatis Iesu, viuus crematur pro tuenda fide. 167.  
 HENRICVS. Hêricus Cardinalis, Lusitaniæ rex; qui Vlyssiponense Collegium societatis simul cū rege Sebastiano fundauit. 111  
 Item Henricus Octauus Angliæ rex, qui eiecta regi na pellicem Bolenam duxit. 162  
 HIERONYMVS. P. Hieronymus de Angelis, Italus, societatis Iesu, in Iapponia pro fide viuus crematur.

# INDEX

crematur.

167.

## I

**IACOBVS.** P. Iacobus a Mesquit ta auunculus Pa-  
cieci, eiectus a Cubosama, obiit exul. Is Romam  
duxerat Principes Iappones. 14. & 150.

P. Iacobus Quisai, Iappo, frater societatis Iesu, pro  
fide crucifixus. 43. & 167.

Item Iacobus Fuixima, Iappon, frater societatis  
Iesu, pro fide igne viuus incenditur. 167.

P. Iacobus Ludouicus, Episcopus Iapponensis  
Ecclesiæ nuper electus. 216.

P. ANTONI VS Iacobus, Italus Bitontentis, so-  
cietatis Iesu, in Inpponia raptatur pro fide, & in  
foueis moritur. 194.

Tandem Iacobus, Iappon, frater societatis Iesu,  
igne affus pro Christi fide, 192.

**IAGA.** fluius apud Iappones celebris.

**IAPPON.** Regio, seu incola ipsius regionis.

**IAPPONIA.** Regio trium insularum sexaginta  
sex regna complectens.

**IAPPONJEL.** Angelus custos Iapponiæ. 10. 36.

**IAPPONVS.** Iaponicus Nomē adiectiuū a Iapponē.

**IDUMES.** nomen patronimi cum ab Idumæa pro-  
pe Iudæam, vnde. D. Iacobus, Idumes appellatur.

**IGNATI ADES.** Nomen patronimicum ab Ig-  
natio.

**IGNATI VS.** Ignatius, Iappon, filius Adriani  
martyris, fater Societatis Iesu, in foueis moritur.  
193.

**IOACHIMVS,** Iappon fide crucifixus in vrbe  
Nangasaquo, 86.

**IOAN.**



# I N D E X

- IOANNES. B. Ioannes Goto, Iappon, frater Societatis Iesu, pro fide crucifixus. 43. & 167.
- IOANNES. Cachoco, Iappon, frater Societatis Iesu, pro fide viuis crematur. 167.
- IOANNES Fernandes, Lusitanus, frater Societatis Iesu, socius Xauerij & ex primis Iapponiæ Apostolis. 20.
- IOANNES. Rex Lusitaniæ, fundator Conimbricensis Collegij. 112.
- P. Ioannes Mathæus Sicelianus, Societatis Iesu, eiectus in exilium, redit in Iapponiam, & ibi in foueis moritur pro fide. 195
- P. IOANNES. Baptista. Italus, Brixianus. Societatis Iesu, vnâ cū Pacieco meritur pro fide. passim
- P. IOANNES Capralis, Lusitanus. Societatis Iesu, qui simul cum P. Stephano Casella regnum Potentis inuenit. 43.
- P. IOANNES. Baptista Machado, Lusitanus, ex Insulis, Societatis Iesu, pro fide in Iapponia decolatus. 167.
- IOANNES. Pereira de Mesquitta. P. Francisci avunculus, & poetæ parens. 111. & 122.
- IOSEPHVS. Iosephus, Iappon, frater Societatis Iesu. pro fide in foueis moritur. 193
- ISACIDES. nomen patronimicum ab Isaac, quo Iudæi appellantur.

## L

- LFO. Suquiemon Leão, Iappon, Arimæ pro fide igne assus. 86.
- LAIOLEVS. Nomen deductum a Loiola. LEO.

# INDEX

LEONORA. Leonora de Aluarenga Paciēci ſc̄  
uia. 122.

LIMAEVS. nomen deductum a Limia flouio.

LIMIADES. ita appellatur Paciēcus nomine pa-  
tronimico a Limia deducto.

LUSIADAE. Lusitani a Luso Vlyſſis filio.

LYSIA. Lusitania mutato. v. in. y.

LYSIADES. Nomen patronimicum a Lysia, quod  
idem est, atque vir Lusitanus.

## M

MACHAVM. vrbs maritima Lusitanorū in Sina.

MACVSA. Oppidum Iapponicum in regno Fingi.

MAGDALIS. Virgo Iappona, igne viuens creme-  
atur Arimæ. 87.

MAHOMETES. Maurorum falsus propheta, vul-  
go Maſoma.

MALVCAE. insulae in mari Indico.

MANILLA. Magna Insula in mari Indico occide-  
tali. Castellanae ditionis.

MARCELLVS. P. Marcellus Franciscus Maltrili,  
Italus apud Iapponiam gloriose obiit. 196.

MARIA. Paciēci Mater. 110.

MATHAEVS. Mathæus, Iappon, frater societatis  
Iesu pro Christi fide in foveis moritur. 193.

MAXENCIA. Iappona pro Christi fide dea  
collata. 87.

MELCHIOR. P. melchior Carneiro, Lusitanus,  
è Societate Iesu, Episcopus Ethioپیæ, quam ingre-  
di cum non posset, arsus est Iapponiæ primus Epil-  
opus, & in Iapponiam velificans, obiit Machai,

# INDEX

- sepultus est in Collegio Machaensi. 154. & 183.
- MELLVS.** Franciscus de Mello, Lusitanus, prætor  
nauis Indicæ. qua Paciecus in Indiã vectus est. 132.
- MIA CVS.** vrbs præcipua apud Iappones.
- MICHAEL.** Michael Sato, Iappon, frater Societa  
tis Iesu. pro fide igne affatus. 167.
- Michael Toio, Iappon, frater Societatis Iesu, qui  
simul cum Pacieco igne affus est. 187.
- MIDSVNVS.** Midsunus Cavachius, præfectus Nã  
gasaqui, qui Paciecum, & socios, Imperatoris iussu  
a carceribus auocatos occidit.
- MIQVIVS.** B. Paulus Miqui, Iappon, frater Socie  
tatis Iesu, pro fide crucifixus. 43. & 167.
- MISAMONVS.** Gubernator Tacaci.
- MOCAMBIQVVS,** vrbs maritima Lusitanorum  
in vltima Africa.
- MOGOR.** Rex in Asia, vulgo magnus Mogor.
- MONDVS.** vnus e tribus gubernatoribus Tacaci,  
qui Paciecum comprehendit, & ad vrbera Nan  
gasaquum Midsuno remisit.
- MVTIVS.** P. Mutius. vitalleschi. b. Generalis So  
cietatis Iesu, qui Paciecum Prouincialem creauit  
Iapponiæ. 42.

## N

- NACAVRVS.** P. Iulianus Nacaura, Iappon, v  
nus e. 4. principibus, qui Romam cû legatione regia  
venerunt, postea ingressus est Societatem Iesu,  
& pro fide in focis moritur. 195.
- NANGASAQVVM.** vrbs maritima in Iapponia,  
Episcopi sedes

NAN-



# INDEX

- NANGATVM. Regnum Iapponicum.  
 NAVARR /S. P. Paulus Nauarrus, Italus Calabrē  
 sis, e Societate Iesu, pro fide igne crematus. 167.  
 NARCISSVS. miles in carcere ad fidem conuersus  
 NICIVS. Thomas Nic ius Iappon, frater Societa-  
 tis Iesu, pro fide igne affus. 192.  
 NICOLAVS. Nicolaus, Iappon, frater S octeta-  
 tis Iesu, in foueis moritur, & in ignes cōijcitur. 194:

## O

- OMIVM. Oppidum Iapponicum.  
 OMVRA. Regnum Iapponicum.  
 ORMVSI A. vrbs maritima Lusitanorum in insu-  
 la Persica.  
 OTA. Augustinus Ota, Iappon, frater Societatis  
 Iesu, pro fide igne viuus incenditur. 167.

## P

- PALMERVS. P. Andreas Palmeiro, Lusitanus,  
 Societatis Iesu, Prouinciaram Indię, & Sinę vi-  
 sitator. 43.  
 PAVLVS. Paulus Pereira a Mesquitta, Patris Fran-  
 cisci auunculus 119. & 121. Item. P. Paulus, Iap-  
 pon. Societatis Iesu, in foueis emoritur. 192  
 PETRV S. P. Petrus Martins, Lusitanus, e Socie-  
 tate Iesu, tertius Episcopus Iaponensis. 183.  
 PETRVS. Iappon, frater Societatis Iesu, pro fide  
 in foueis moritur. 194 Item Petrus Iappon Frater  
 Societatis Iesu, igne viuus crematur. 167.  
 PHILIPPA. Domina Philippa de Saa, Cometissa  
 de Linhates, quæ Collegij Vlisiponensis Societa-  
 tis Iesu Ecclesiam magnifice extuxit: 111.

# I N D E

**PHIMVM.** Oppidum inter Ximabaram, & Nangafiqui, Iapponice Phimi

**PHIMANVS.** agricola qui Paciecum, & socios in oppido Phimi hospitio excepit. 177.

**PISCARIA.** Ora maritima apud Indos vnicorum feracissima

**POLONIA.** Regio in Europa celeberrima, patria B. Stanislai.

**PONSLIMIVS.** Oppidum in Lusitania satis nobile, patria Pacieci, vulgo Põte de lima. 110.

## Q

**QUIEMONVS.** Xiqui, Quiemon Pedro, Iappon, pro fide capite truncatus in oppido Cosinocæo. 64.

**QVISANVS.** Puppis Magister.

**QVISACVS.** Quisacus Ioannes, Iappon, qui cum esset vinculus pro fide, a Pacieco in Societatem Iesu est admittus, & cum eodem interfectus. 169

## R

**RAMIRVS.** Rex Castellæ, & Leonis, qui deuictis Mauris templo Cõpostelano magnos reditus vouit.

**RASCVS.** Rasalachristos, germanus Imperatoris Aethiopiæ, Romanæ fidei propugnator inuictus. 43.

**RINXAEVS,** Petrus Rinxæus Iappon, Doiucus, pro fide cum Pacieco vinculus, in carcere in Societate admittitur, & cum eodem igne crematus triumphauit. passim.

## S

**SACAIVM.** vrbs clarissima Iapponum in regnis Cami, vulgo Sacai.

Sadamae

# INDEX

**SADAMATHAEVS.** Gaspar Sadamathæus, Iappõ, frater Societatis Iesu, comes Prouincialis Paciæ, cum eodem vinctus ob Christi fidem, & morte affectus, passim.

**SALTANVS.** Saltanfagued, Imperator Aethiopiae. 43.

**SAFIOGIUS.** Gubernator Nangasaqui, Christianis infestissimus

**SANDAIUS.** Petrus Sandaio, Iappon, frater Societatis Iesu, viuis pro fide assus. 167.

**SEBASTVS. P.** Sebastianus Quimura, Iappon, Societatis Iesu, pro fide flammis crematur. 167.

Rex Sebastianus Lusitaniæ, qui Collegium Vlyssiponense Societatis Iesu erexit. 111.

P. Sebastianus de Moraës, Lusitanus, è Societate Iesu, secundus Episcopus Iapponensis, obiit Mocambiqui. 183.

**SEMEDVS. P.** Aluarus Semedus, Societatis Iesu, Romæ legatus, qui primus Sinico more, intõsa, ad pectus barba ad nos venit, & multis cù socijs ad Sinã & Iapponem rediturum expectamus. 212.

**SERAPHINVS. D.** Franciscus Seraphicus.

**SIMEON.** Cundaican Simon, Iappon, pro fide capite multatus in oppido Cosinocxo. 64.

**SINA.** Regiõ Sinarum, l, accola ipsius regionis.

**SION.** regnum in Asia, in quo natus est Xaqus, postea Iapponum rex, & deus.

**SOVSA. P.** Antonius de Soufa, Lusitanus, Societatis Iesu, in foueis pro fide moritur. 194.

**SOFALLA.** vrbs ditissima Lusitanorum in Orientali



# INDEX

entali India

**SPINOLA. P.** Carolus Spinola, Italus, Genovæ natus, Societatis Iesu, pro fide viuis crematur. 166.

**STREMOTIVS.** adiectivum deductum ab *Stremotio* oppido Lusitano, marmoribus insigni.

## T

**TACA CVM.** Regnum Iapponicū, vulgo Tacaco.

**TAQVEA.** Custos carceris, in quo Paciecus, & socij Ximabaræ servabantur.

**THOMAS.** Thomas Acafuxi, Iappon, frater Societatis Iesu, pro fide viuis crematur. 167.

Thomas, Iappon, frater Societatis Iesu pro fide obiit in carcere. 192

**TIGRES.** Populi Aethiopiæ.

**TIPHONES.** venti prævinciales in mari Sinico.

**TONVS.** nomen, quo Iapponum reguli supremo Imperatori subiecti nuncupantur.

**TORRES. P.** Balthasar de Torres, Hispanus, Granatensis, Societatis Iesu, qui persecutionis tempore in tumulis latebat; comprehensus Omuræ pro Christi fide, & simul cum Pacieco Nangasa, qui viuis concrematur. passim.

## V

**VALENTIVS. P.** Iacobus valentius, Lusitanus, Societatis Iesu, Iapponiæ Episcopus, qui cum nō posset persecutionis causa ad Iapponem accedere, curam Episcopalem commisit Pacieco, ipse Sinenlis Episcopatus curam gessit. 44.

**VALIGNANVS. P.** Alexāder Valignanus, Italus, Societatis Iesu, Indiæ, & Iapponiæ vīsitator. 20. & 49.

# INDEX

- VARRELLA.** Templum, seu Monasterium Bonzorum.
- VASCVS.** P. Vascus Piresius, Lusitanus, Societatis Iesu, Magister nouitiorum, sub quo Pacificus posuit tyrocinium. 114.
- VILELLA.** P. Gaspar villella, Lusitanus, Societatis Iesu, ex primis Iaponiæ Apostolis. 20. & 49.
- VOLSEVS.** Cardinalis Velseus, Anglus, qui Henrici regis, & Bolenæ inconcessos himæncos procurauit.
- VNGEVS.** Mons celeberrimus in Iaponia, in quo lacus scaturiant sulphure, & igne feruentes, ubi Christiani cruciantur.
- VRBANVS.** Romanus Pontifex, Urbanus. Octauus, cui opus dicatur, vates clarissimus, & qui primos Iaponiæ martyres sancti adscripsit. 2.

## X

- XAQVA.** Rex Iaponiam, quem inter diuos principuos ipsi venerantur.
- XIMABARA.** vrbs Iaponica, in regno Tacaci.
- XIMVS.** Ximus Ioannes, Iappon, frater Societatis Iesu pro fide igne crematur 192.
- XINSVQVIVS.** Paulus Xinsuquius, Iappon, qui cum esset in carcere pro Christi fide, a Pacifico in societate admissus, cum eodem gloriose obiit. passim.
- XISTVS.** P. Xistus. Iappon, Societatis Iesu pro tuenda fide exultatum iuit in Sinas; redijt, comprehensus, & in foueis interfectus 194.
- XOQVNVVS.** Nomen commune Iapponum imperatoribus, quo præ omnibus titulis, vtitur is, qui modo

# INDEX

modo regnat Cubosammæ filius.

## Y

YENDVM. Vrbis præcipua in Iaponia, Imperatorum sedes.

## Z

ZAMPO. Paulus Zampo, Iapon, frater Societatis Iesu, qui pro fide viuis crematur. 167.

## K

KOSCA. B. Stanislaus Kosca, Polonus societatis Iesu. 435.



# CONIMBRICAE

## SUPERIORUM PERMISSU

Apud Emmanuelem de Carvalho Vniuersitatis Typographum Anno Domini

1640.




# ERRATA.

Pagina. 42. vititijs. leg. vitijs. pag.  
 90. certum. leg. fertum. pag. 128. il-  
 cebræ. leg. illecebræ. pag. 131. ad m̄ā-  
 te. leg. adamante. pag. 143. propere-  
 ras. leg. properas. pag. 155. numen. leg.  
 nomen. pag. 166. appoperēt. leg. ap-  
 properēt. pag. 169. resoluuit. leg. resol-  
 uit. pag. 179. pudorit. leg. pudoris.  
 pag. 208. humeros; leg. humero. Omit-  
 tuntur aliqua, quæ sensum non immu-  
 tant.



THE FIRST PART  
OF THE HISTORY OF THE  
LIFE OF KING CHARLES THE FIRST  
BY JOHN BURNET  
M.D.C.LXXII

Printed by J. Sturges, at the  
Sign of the Gun, in St. Dunstons  
Church-yard, near the North-  
gate, in the City of London.  
M.D.C.LXXII





C  
C  
E  
T  
N

Sala 

Gab.

Est.

Tab. 3

N.º 26